



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

Fragmenta De Sanctis. In Conceptione B. M. Virg.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)



FRAGMENTA DE SANCTIS.

In Conceptione B. M. Virg.

Vidas genuit Pharez. Mirum est quòd Pf. dicat
 44. *Audi Filia & vide, &c. Obliviscere populum tu-
 um, & domum Patris tui.* Imò recordare nostri
 S. Virgo. Leo Imper. vult hoc intelligi de Adam
 ut ejus obliviscatur S. Virgo, quia in eo non
 contraxit maculam. Domum ad hoc Pharez ingredi non est
 parvum. Cùm Ruth matrimonium cum Booz. contraheret ita
 illi Bethleemita sunt apprecati Ruth. 4. *Faciatur DEUS hanc mu-
 lierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam quæ edi-
 ficaverunt Israel, fiat quoque domus tua sicut domus Pharez, quem Tha-
 mar peperit Juda.* Judas tres filios habuit Selam, Zaram, &
 Pharez, quare non apprecati, fiat domus tua ut Sela & Zaram,
 cùm isti fuerint majores natu? Quia non de illis sed de Pharez
 processit David ideò in hoc Evangelio nonus à Pharez po-
 nitur David de quo processit Christus. Sed hoc ipsum quare?
 i. Paralip. 4. ubi familiæ duodecem filiorum Jacob describun-
 tur, familia Judæ sic. *Fili Judæ, Pharez, Esron, &c. Et Sobal.*
 Tacentur verò Zaram & Sobal. vel quia, ut dicit Hieron. in
 peccato mortui, vel quia non processit ex iis David, ac proin-
 de, neque Christus. Mater Pharez fuit Thamar, dum conce-
 pit gemellos Gen. 34. unus in hora nascendi protulit manum,
 &

& eam obstetrix ligavit coccino, sperans quod iste esset prior nasciturus, sed alter natus prior, & illa dixit. *Quare dicitur esse propter te maceria?* Quare vocavit eum Pharez, divisionem; postea natus est Zara. Ex Pharez processit Virgo S. non ligata coccino peccati. Zara bis natus quia primo protulit manum, postea post fratrem prodiit natus, ita nos, in Adam nobis manus ligata est, & postea cum eadem ligata prodimus. In Adam ostendimus manum quam ille ad pomum extendit, & acci- mant omnes. Hæc est manus quæ contra DEUM se extendit, hæc est ligata, quia qui facit peccatum servus est diaboli, ligata filo coccineo, belli signo, ligata manus, *quia non quod volo facis bonum.* Ex hoc filo nectantur funes peccatorum & ita miser Samson ligatur. At S. Virgo nascitur ut Pharez sine hoc vinculo. Nascitur S. Virgo sicut lilium inter spinas, segregata ab omnibus. Apoc. stellas 12. habet in capite, cum tamen ibidem Filius ejus eas habeat in manu, caput hujus mulieris conceptio, pedes Lunam calcantes mors ejusdem, corpus amictum sole, ne dubites de ejus pura conceptione, duodecim stellæ illam coronant, totus Zodiacus, totus annus, nunquam fuit sine stella. Hinc Dyonyf. Alexandrinus Epist. contra Paulum Samosatenum. *DEUS Matrem incorruptam, à pedibus usque ad caput benedictam servavit.* Epiph. de B. V. *dicam illam Crucem & cælum,* quomodo hæc duo cohærent? quia partus & integritas in S. Virgine sunt simul. Cælum totum est lucidum crux tota Sancta, ita B. Virgo tota lucida & sancta. In illa novus legislator Christus ut Moyses advectus nobis velut in fscella nullam admittente guttam aquæ. Noluît DEUS legem suam dare in tabulis fractis Exod. 34. dicit Moysi. *Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabule priores quas fregisti.* Quomodo legislatorem Christum scripsisset in tabula contrafacta? In præsentem Evan-

Evangelio repetitur quadragesies, genuit hoc non est casu factum. Bern. Si enim nec unus de passeribus sine Patre caelesti cadit, putem ego de ore S. Evangelistae superfluum diffuere verbum, praesertim in sacra historia verbi? non puto, plena quippe sunt omnia supernis mysteriis. Quod hic mysterium? Commemoremus illud Ps. Quadragesima annis proximus fui generationi huic. Quadragesies ponitur genuit ab Abraham ad Christum. Occurrat & illud Ps. 109. In splendoribus Sanctorum ex utero ante Luciferum genui te. Christus ergo genitus in splendoribus Sanctorum quando genitus ex utero Matris, itaque mater habuit hos splendores. Angeli, Adam, Eva habuerunt hunc splendorem quod sine macula à DEO facti, itaque & B. Virgo habuit, dedit hunc splendorem Matri, quem nulli dedit alteri ut pareret Virgo, itaque multò magis dedit illum, quem etiam concessit. In splendoribus Sanctorum. Lorinus docet hunc locum à Patribus intelligi etiam de humana Christi generatione, quia ubi nos legimus. In die virtutis tuae. Chald. legit. In die quo praelium commiseris. Quod soli humanae generationi servit. Hinc cum in Liraniis in Bavaria caneretur, Mater admirabilis P. Rhem. advertebat ex imagine B. Virginis semper admirabilem prodire splendorem, ut scripsit P. Gans. Quia Virgo & genita & genuit in splendoribus.

In Nativitate D. N. JESU Christi.

Quatuor res difficiles hominibus fuerunt circa DEUM 1. DEUM invenire Ps. 41. Fuerunt mihi lacrymae panes die ac nocte dum dicitur mihi ubi est DEUS tuus? Et quasi jam desperavisset de illo reperiendo in terra, dixit Ps. 35. Domine in caelo misericordia tua. Ecce modò Vagit Infans inter arcta conditus praesepia, &c. 2. Metuebat homo DEI manum, Job. lamentatur

A 2

tatur

tatur in suis malis. *Manus Domini tetigit me.* Et tandem orat. cap. 13. *Manum tuam longè fac à me.* Ecce modò. *Invenietis Infantem pannis involutum.* Jam se ab homine permittit ligari ut Samson à Dalila Jud. 16. sed quare permittit? *Placuit oculis meis.* 3. Vocem DEI metuebat homo. Gen. 3. vocat DEUS Adamum, *Adam ubi es?* At ille *Audivi vocem tuam & abscondi me.* Et vocem hanc pro morte reputavit populus. Exod. 20. *Nem loquatur nobis Dominus ne forte moriamur.* Jam non metue homo non loquitur verbum asperum, dicit potius sicut Joseph. Gen. 46. *Nolite timere, ego sum Joseph Frater vester.* Dabit veniam. 4. Terribilis erat homini Majestas DEI. *Ignis in circuitu ejus, Gladius de ore ejus procedebat.* At verò modò Isai. 11. *Declaratur Infans ab ubere Isai.* 7. *Butyrum & mel comedet.* Quæ Majestas? positus in præsepio inter animalia. Quid jam nobis dicit? *Pax in terra hominibus.* Quid à nobis, quod tributum accipit? *Verè linguores nostros ipse rulit.* Obfignat hanc benevolentiam erga nos tot miraculis. Hodie in specu Bethlèem fons novus erumpit. Sol apparet spicis coronatus, hinc paratus hominibus cibus & potus. In regione Transtyberina Romæ fons olei totà die fluit. Deceptoris hominum Apollinis Pythii oraculum obmutuit his ultimò dicitis. *Me Puer Hebræus Divos DEUS ipse gubernans Cedere sede jubet, tristemque redire sub orcum.* Iris signum pacis cœlo sereno comparet, & intra eam Puella cum Infante; hanc Iridem Sybilla Tyberina ostendit Augusto Imp. & ne illi deinceps Divini honores darentur prohibuit, ut scripsit Orosius lib. 6. c. 18. Vineæ Engaddi balsamum stillarunt.

De Eadem Nativitate.

DUM mecum meditor quid sim hodie dicturus, obtulit se oculis mentis meæ quidam puerulus formosissimus, sed pasto-

pastorali habitu, cum bacillo, stans in medio campi sollicitus: quæro quid sit rei? ait se missum à Patre ad quærendam oviculam quæ domo illius profugit, neque se rediturum nisi eam repertam, sed, repono, mi Puella non est tanti ovis ut tuum periculum, in vadent te feræ, &c. Præsertim si Pater tuus habet alias oves. Ait ille, & Pater adhuc habet 99. Oves, & hanc unam perditam nisi reperero, non redibo, invadant me sanè omnes feræ, non curo, ita illam ovem amat meus Pater, ut propter illam me quodvisjufferit periculum subire. Sed si, inquam, ovis tibi rursus fugerit; rursus ait ille quæram, &c. Castigabis ne illam quæro, ubi repereris? imò ait, illam osculabor & in humeros meos imponam. Quid verò de illa statuet Pater, ubi eam retuleris? Pater meus, ait tantum illam conspexerit, occurret, curabit convivium instrui, &c. Ecce habetis Puerum in cunis qui de coelo venit ad quærendam ovem, &c.

De Eadem Nativitate.

Regnabit in domo Jacob. Bern. serm. 3. super Missus. *Quis rex nobis est qui juxta interpretationem nominis Jacob, supplantet diabolum de corde suo, lucretur cum vitiis, &c. Sed regnet in eo JESUS.* Hoc prævidebat regnum ipse Jacob cum diceret Gen. 49. *Salutare tuum expectabo Domine* Greg. in Ezech. hom. 4. *Quod salutare dicimus Latine, hoc verbo Hebraico JESUS dicitur.* Pf. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam & salutare tuum da nobis.* Sed licet etiam à domo Jacob defecerimus, adhuc nobis Salvator nascitur. Bern. in Cantic. serm. 35. *Agnosce o bos possessorem tuum, & tu o asine præsepe Domini tui, cognosce pecus quem non cognovisti homo adora in stabulo quem non cognovisti in paradiso, &c. Comede fenum quem panem, & panem Angelorum non cognovisti.* Et tibi qui per tuos mores factus es ju-
A 3
mentum

mentum nascitur Christus. Zach. 13. *In die illa erit fons patens domus David habitantibus Jerusalem, in oblacionem peccatoris & mustruata.* De quo Greg. lib. 2. in Ezech. hom. 20. *Fons quippe occultus Unigenitus Patris invisibilis DEUS fons verò patens est idem DEUS incarnatus qui fons rectè dicitur domus David, quia ex David genere noster ad nos Dominus processit, &c. Cur igitur pigri sumus? Cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantum jam se lavasse cognoscimus? Factus fœnum pro jumentis dum factus est caro. Isai. 40. Omnis caro fœnum. Ipse erit Jacob pro nobis, luctabitur cum nostris Adversariis Isai. 15. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis salvatorem & propugnatorem qui liberet eos. Et non tantum luctatus cum nostro Adversario sed illum cepit. Greg. Moral. 33. c. 9. Behemoth in hamo Incarnationis captus, quia dum in illo appetit escam corporis transfixus est jaculo Divinitatis. Nam cum dicitur Matth. 1. Abraham genuit Isaac, &c. Quodam quasi linea, torquetur, in cuius extremo Incarnatus Dominus, id est, hamus iste ligaretur, quem in aquis humani generis dependentem aperto ore iste cæcus appeteret.*

In Festo SS. Innocentium.

OMni modo laborabat dæmon ut redemptionem mundi impediret. Et primò per Pharaonem aggressus perdere gentem de qua nasciturus erat Salvator, & effecit ut Pharo juberet submergi omnes Judæorum Masculos Exod. 1. sed non perfecit, quia Moyfes eduxit populum. Deinde incitavit Aman Esther 7. ut eandem gentem perderet, sed obstitit Esther. Deinde conatur saltem illam domum perdere in qua erat nasciturus, & usus ad hoc 4. Reg. 11. Attalia impiâ, servatus est tamen Joas qui domum illam fuscitavit. Versus iterum contra totam gentem 1. Machab. 2. sed Sap. 32. *Non est sapientis, non*

est prudentia, non est consilium contra Dominum. Demum ad Herodem se vertit, ubi advertit ex tempore jam expleto venturi Messiae & miraculis, & illo usus. Apoc. 12. *Vidi draconem stantem ante mulierem, quae erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret.* Erripit ergo Herodes ut bestia ex cavea, quae obvios quosque dicerpit, clamor undique tollitur Jer. 31. *Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus.* Alii caesos deplorant, alii cavent vivos, sed Christo omnia vertuntur in testimonium quod ipse sit Messias. Cum David arcam deduxit 2. Reg. *Immolavit hostias & pacifica coram Domino.* Arca novi testamenti in mundum venit, procumbit grex immolarum tener. Cum populus in Aegypto salvaretur ab occisore Angelo, ungebantur postes sanguine. Num. 19. hic ingressus sanguine perfunditur, quia venit salus. Qui voluit occidere, dat Christo *fructus praecedentes, quos desideravit Michae 7.* Quem voluit perire fecit decantari Ps. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Rixit olim Herodem Isai. 16. *Ini consilium, pone quasi noctem umbram tuam in meridie.* Occultando intentionem tuam coram Magis. Tu Aegypto, *absconde fugientes, & vagos ne perdas, habitabunt apud te profugi mei.* Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris *conculcatus est miser, defecit qui conculcabat terram.* Defecit, quia ad illustrandum Christum servierunt Herodis concilia. Leo serm. 1. de Epiph. *Ut dum Herodes atroci intentus facinori ignotum sibi indiscretam infantium caede persequitur, annunciatum caelitus dominatorum orum, insignior ubique fama loqueretur.*

In Circumcisione Domini.

Nomina quae à DEO imponuntur, omnino cum rebus conveniunt, sic Abraham Pater gentium, Joannes gratia, quia lex gratiae ab illo cepit. Noë, consolatio, mundum consolatus

solatus dum ex illo renovatur, Samuel impetrans, &c. Nomen JESU Christo à DEO impositum, quomodo ejus significatum in illo reliceat videamus. Cum DEUS veller Abrahamo benedicere, ex suo nomine illi addidit literam He ut qui ante vocabatur Abrahā vocaretur Abraham, Gen. 17. de quo Hieron. *Per quod ostendit non solum se bona impetraturum ei, sed etiam se ipsum.* Multo magis cum totum det Christo nomen, *Quod est supra omne nomen, ut in nomine JESU omne genu flectatur.* Hoc est nomen Divinum, proinde dedit illi totum quod ipse habet. Hoc verò nomen ad nos refertur, JESUS enim idem est quod *Salvator*, salvare vero nos respicit, igitur omnia quæ à Patre accepit in nostram salutem impendit, sapientiam in doctrina, omnipotentiam in miraculis. Ps. 22. *Deduxit me in semitas justitiæ, propter nomen suum.* Eutym. ita legit. *Propter hoc quòd nomine DEI vocor tu in me DEUS beneficia congesit.* Quòd Christiani vocemur quod ad JESUM spectemur. Sed ut nos salvet, opus agere quæ nomen hoc innuit. Hoc nomen à nobis exigit obedientiam erga DEI mandata, propter obedientiam enim Christo datum. Philip. 2. *Factus obediens, &c. Propter quod dedit illi nomen.* Isaas hoc nomen explicat, *accelera festina.* In primò instanti lux conceptionis statim se Patri obrulit ad faciendam obedientiam. Heb. 10. *Corpus obtulisti mihi, &c.* Cyril. Alex. legit, *perforasti.* Bern. cap. 3. de vite. *Foderunt Judei quod jam diu fuit perforatum.* Voluntate, scilicet, patiendi. Jam audi eundem serm. de discipulis Euntibus in Emaus. *Fortè aliquibus in morte apparuit Christus cum vexillo obedientiæ, & ineffabiliter exhilarat animam obediens in illa tribulatione. Ne timeas fili obedientiam, ne timeas intueri manus propter obedientiam cruci affixas, confidera pedes expositos fixuris clavorum, & latus lancea perforatum, attende quod propter obedientiam mortuus sum. Etsi propter fragilitatem conditionis humanæ obedientia tua sit minus aliquid perfectum habens*

habens, volo ut plenitudo mea obedientia, sit tuo minus sufficientis supplementum. E contra inobedientes excipiet ut quosdam idololatrias. Hieron. in quaest. Hebr. in. 2. Reg. *Jonathas in excelsis occisus est in Hebr. non habetur, est enim sensus. O Saul Jonathas in Excelsis tuis, in idololatria, id est in peccato inobedientiae occisus, subauditur, est, &c. Inobedientia namque tua pro idolis, id est excelsis, reputata est.* Requirit à nobis hoc nomen castitatem; datum enim est in circumcissione. Et ideo forte nomen suum DEUS aperuit Moyfi ex rubo mortificationis. Ideo nomen hoc cruci affixum, ut nostram carnem crucifigamus cum vitiis. S. Nilus in Asceticis Orat. 2. *Qui ventrem cibis explet, & se caste victurum profiteretur, similis est illi qui dicit, in stipula se flamma impetum freno cohibiturum.* Quid de turpibus cantilenis, de choreis? S. Ephrem lib. de vera poenitentia. *Ubi diaboli cantica, illic demonum requies, porro ubi choreae chorique perstrepunt, ibi virorum ac mulierum offuscario; ac diaboli celebritas est.* Requirit à nobis hoc nomen contemptum mundi, nudo enim & pauperi Christo impositum Greg. hom. 4. *Si quando reperimus ignis habitaculum absumit, quisquis ejus possessor extiterit rapit quod valuerit, & fugit, lucrum deputat si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flama mundum concremat, & cuncta quae in eo speciosa videntur finis jam proximus velut ignis devastat.* Requirit hoc nomen mansuetudinem Cant. 1. *Oleum effusum nomen tuum* Greg. in 1. Reg. 16. *Talis Rex ungitur, qui peccata per misericordiam dimittat non per austeritatem puniat.* Opus est corrigere errantem, sed ut Fratrem. *Si in te peccaverit Frater, &c.* Bernardin. *Frater est nomen amoris & charitatis.* Ne tu fias peior illum coërcendo, quam fuit ille peccando. Conchæ si supra illas sonet, abortiuntur nec pariunt unionem, ostende te bene sentire de Fratre ut & ille possit bene de te sentire, juva illum dum in te laborat ille cogitare Christum ut id cogitare facile possit, & ita facilius tibi ut Christo obtem-

B

obtem-

obtemperabit. Etiam pessimis mendicis in quibus ægre cogitamus Christum, difficilius largimur eleemosynam. Levit. 19. *Quicumque fuerit macularus leprâ habebit os veste coniectum.* Quia loqui eum ad correctionem non decet, quia ipse illa eget. Gen. 4. Maledixit terræ, sed non aquæ, quia si aqua habuisset maculam, non fuisset apta ad eluendas in Baptismo maculas, ut ait Alcuin. Non mittit cum hamo, qui lacerat, Apostolos ad piscandum Christus, sed cum reti vivos conservat pisces. Non vis ut bestia tractari si erraveris, nec fratrem tuum sic tracta. Fugiant Medicum qui nescit curare nisi per visiones & ferrum, execrabilis verò est, si propter læsum digitum, totum amputet brachium. Vide quomodo Christus receperit peccatores, Magdalenam, latronem, Samaritanam, Prodigum, &c. 4. Reg. 4. Cum vadit Giezi cum baculo non excitat à mortuis puerum, sed cum Elifæus se ad ejus parvitatem contrahit, tum exurgit puer. Caveamus verò omnes qui Christiani dicimur, ne illud cadat in nos. Basil. Salevci orat. 19. *Quid gestas cognomen, quod personæ probro sit? factis appellationem impugnas, & calumniâ nomen tuum afficis?* Ne id eveniat sequere doctrinam Ambrosii. serm. 47. *Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur operis.* Oremus cum Procopio, qui in illud Isai. 64. *Ab initio nomen tuum super nos.* Ita scribit. *Nostri igitur miserere, quos nomen tuum exornat, hæreditas enim tua nuncupamur, id ergo nomini tuo largire, ut apud Gentes non blasphemetur.*

In Eadem Circumcisione.

Congruè hoc festum die 11. Jan. celebratur. Januarius dicitur à janua, quia est janua anni, ungitur hæc Janua sanguine ne Angelus interfectos noceat, ut Exod. 12. Alii volunt dici Januarius à DEO Jano, hic erat Noë, pingebatur cum facie

facie ante & retrò, quia videt mundum ante & post diluuium, Janus inde dictus, quia plantavit vineam primus post diluuium, quòd Chaldaicè dicitur Jain, hinc quasi Jainus, & corrupta voce Janus. Et hoc Christo congruit, habet quasi duas frontes, quia est *a* & *w* duas naturas habet, vidit mundum ante & post peccatum. Ramum oliuæ attulit ad Noë columba, ipse vineam plantavit. Processerat homo ut ille qui de Ierusalem in Jericho, oportebat illi infundere vinum & oleum. Paravit ex his DEUS Pater medicinam pro nobis in Christo tanquam pixide Apothecaria, & illi datur in scriptis *JESUS* & ne putemus pixidem vacuum, hodie ex illa per circumcisionem guttæ aliquot effunduntur. Christus Eccl. 43. *Vas admirabile, opus Excelsi* Continet vinum, *Ego sum vitis*. Continet *Oleum offusum nomen tuum*. Propterea cum Christus natus vineæ Engaddi floruerunt, & fons olei Romæ erupit.

In Eadem Circumcisione.

Copiosam nobis redemptionem promittebat Pf. *Apud Dominum copiosa redemptio*. Eam fonti patenti comparabat Zachar. 13. *Erit fons patens Domui David & habitantibus Ierusalem, in ablucionem peccatoris*. Eandem instar maris extendit Micheas 7. *Revertete & miserabitur nostris, deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra*. Sed hodie videmus impleri quod Isai 43. *Iste asperget gentes multas*. Aperitur cultro thesaurus, & modicus sanguis fluit, circumcidiur Infans. *Asperges gentes itaque dabit guttas sed quomodo guttæ, fons aut mare?* Sed hæc gutta sufficit orbi toto, sed neque hic redemptionem absolvit. Effundet totum in cruce ubi nostra redemptio consummabitur; per crucem enim nos redimere constituit. Interim modò rigat his guttis. Habuit plantas nobilis 99. multæ ex illis aruerunt, quia rigare no-

luit, hanc ultimam centissimam aspergit, nos, non Angelos lapsos. Joannes Eremita, emortuam arborem triginta annis rigavit, & tandem fructum tulit, nos fortè pluribus annis negat Christus, quis fructus?

In Eadem Circumcisione.

VOcatum est nomen ejus JESUS Bern. in Circumcis. serm. 2. Sed quid dicimus, quòd egregius ille Propheta, hunc ipsum Puerum multis nominibus appellandum fore prædicens, hoc unum nomen JESU, tacuisse videtur. Isai. 9. Puer natus est nobis, Filius datus est nobis, &c. Vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, DEUS fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, &c. Ubi est nomen JESU? Fortè illud in his omnibus invenies sed expressum quodammodo & effusum. Est hoc nomen in istis, & ista in illo, sed quomodo? Est nomen JESU inprimis admirale, dum hoc nomen accipit, fundit sangvinem, & nobis fundit hæreditatem Bern. in Cant. Serm. 15. Dicite Fratribus vestris date nobis de oleo vestro, si nolunt, rogare Dominam olei ut mittat vobis &c. Oleum effusum nomen tuum. Nomen etiam hæreditatem significat, idem ibid. Particeps nominis sum, sum & hæreditatis. Christianus sum Frater Christi sum, si sum quod dico heres sum, Frater autem Christi. Christus idem est quod unctus, & nos in Baptismo unguimur oleo. Si Christianus, agendum mihi juxta legem Christi, quod si ita est, audi Tertull. de idololatria. Quid dicis, egebo? sed felices egenos. Victum non habeo? sed nolite inquit cogitare de victu, & vestitu, exemplum habemus lilia. Substantiã mihi opus erat? atqui omnia vendenda sunt & egentibus dividenda, &c. Audi ulterius eundem lib. ad scapulam. Amicos diligere omnium est, inimicos solorum Christianorum, &c. Nos, quos vos Ethnici, sacrilegos existimatis nec in furto unquam apprehendistis, nedum in sacrilegio, &c. Nu

Nos non aliunde noscibiles nisi de emendatione viriorum pristinorum, &c. Deposicium non negamus, Matrimonium nullius adulteramus, pupillos pie tractamus, indigentibus refrigeramus, nulli malum pro malo reddimus. Taliter vivere homo non potest sine fortitudine, hanc *DEUS* fortis in illo operatur. Opus hic fieri petram, ideo manet *Isai.* 15. *Attendite ad petram unde excisi estis, & cavernam laci unde praeis estis.* LXX. legunt. *Inspicite in solidam petram quam excidistis & in foveam laci quam fodistis.* Hoc est *Christum*, de cuius nomine gloriamur, ne de nobis lamentetur *Thren.* 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Jam quomodo *JESUS* Pater futuri saeculi? Nunquid; & in hoc saeculo non est Pater? est, sed ita ut nos pro futuro saeculo generet. Ibi erimus omnes sacerdotes, ut est in *Apoc.* hic ad istud Sacerdotium gignimur à *Christo*. *Tertull.* lib de Monogamia. *Nos is sumus sacerdos & magnus Patris de suo vestiens, quia qui in Christo unguuntur Christum induunt, sacerdotes DEO Patri facit secundum Joannem.* Proinde agendum nobis sanctè ac si continuo sacrificium offerremus, nam sacrificium est quoddam oratio nostra, jejunia, mortificatio est, alioqui dicit nobis *Salvian.* lib. 4. de *Gubernat.* *Prov.* 11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* Cor nobis *Christianum* vocabulum quasi aureum decus est, quo si indignè utimur, fit, ut suos cum ornamento esse videamur. Denique qui vult scire plenius, vocabula nihil esse sine rebus, respiciat quomodo innumerabiles populi cessantibus meritis nomina perdidit, &c. *Judaei, Israël, & populus DEI Isai.* 1. & *Osee.* 1. *Vos non estis populus meus.* *Christianus* verus est similis illis animalibus quæ describit *Ezech.* 1. Habebant illa animalia alas ad volatum, id est fidem, & alæ fuerunt ignitæ charitate, sub alis erant manus promptæ ad opera. Sed unde charitas noscitur? *Greg.* in *Pf.* 6, *Pœnitent.* *Qui veraciter diligit, laesus non lædit, contumeliosus vicem non reddat, detrahentibus sibi non detrahit, qui eum ode-*

runt non odio. Ecce ignis in quo sacrificium nostrum in terra debemus offerre. Nomen JESU idem quod *Confiliarius*, quia consulit & ostendit viam cœli Greg. 25. Moral. n. *Via Incarnate Sapientie est omnis actio quam temporaliter gessit. Via ejus sunt vivendi ordines quos ad se venientibus monstravit.* Sed an omnes hæc consilia sequuntur? proinde mendaces Christiani isti sunt in suo nomine. Ambr. 22. q. 5. cap. Cavete. *Mendacius est Christianum se dicere & opera Christi non facere.* Aug. lib. 4. de doct. Christian. *Ex Sacramento unctionis vocabulum omnium Christianorum descendit & nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur.* Sed fortasse accidit quod tempore suo deplorat Greg. l. 1. c. 10. *Quidam idcirco Christianitatis vocatione signantur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, penè omnes jam fieri Fideles erubescunt, sed esse negligunt quod dici gloriantur. Rem virtutis intimæ sumunt ad decorem visionis externæ, & qui ante supernum iudicem nudi conscientie infidelitate consistunt apud humanos oculos professione sancta verbo tenus patiantur. Quia digna fidei opera servare contemnunt, etiam fidem perdunt quam tenere videbantur, &*

In Festo S. Thomæ Apostoli.

Quantum salutem nostram amaverit S. Thomas, patet ex eo, quia volebat pro mundi salute mori cum Christo, & alios ad hoc ipsum hortatus Apostolos, *eamus & nos moriamur cum illo.* Plane geminus Christi, ut enim interpretatur Cornel. à lapide, Thomas significat geminum. Sed cum Christus socium in hac re non admitteret, Vicario Petro Christi se junxit post Christi resurrectionem Joan. 21. & cum eo piscabatur præludendo piscationi hominum accepto verò Spiritu S. totum orbem pervolavit, nam ut Th. Stapleton. in tribus Thomis, in Europa Sueciam, Daniam Germaniam:

am: in America Indias: in Asia Parthos, Medos, Bactrianos: in Africa loquitur S. Chrysoſt. *Aethyopes Baptismo dealbarit.* Cum verò ex hoc mundo ceſſit S. Franciſcum Xaver. ſibi ſubſtituit. Nam ut Rhò in varia Hiſtoria. Franciſcus hic apud ſepulchrum Thomæ cum illud acceſſiſſet, *hausit Spiritum Apoſtoli & ejus factus gemellus.* Et ipſe S. Thomas ante ſuam mortem id prædixit ut ſcribit Maffejus dum à mari in loco decem milliaribus germanicis diſſito crucem lapideam erigeret, addito, cum mare ad eum locum perveniſſet, ſimilem ſibi in eas terras venturum, quod factum eſt tempore Xaveri. Sed etiam articulum de reſurrectione, in quo tota noſtra nititur fides præ omnibus Apoſtolis roboravit. Greg. hom. 26. *Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem quàm fides credentium diſcipulorum profuit, &c. Factus eſt teſtis veræ reſurrectionis.* Cum redivivi Chriſti palpavit latus. Ambr. ſerm. 32. *Sunt accedentes ad cor altum de majori ſpiritus libertate & puritate conſcienciæ, &c. Talis erat Thomas qui niſi ſua manu tangeret manus & latus, credere non volebat, puſilla fides ſed de magnitudine animi miro modo deſcendens. Talis Moyses, aut me dele de libro vita, aut his parce. Talis David, Tibi dixit cor meum, te excluſit facies mea.* Dilexit omnes Thomas & cura omnibus cœlum ingredi voluit. Bern. ſerm. 12. in Cant. *Si Divites quiſpiam mulieri paupercule dicat, ingredi tu ad prandium meum ſed quem geſtas infanulum relinque foris, quoniam ploras & moleſtus eſt nobis, nunquid faciet? Nonne magis eliget jejunare quam expoſito pignore charo ſola prandere cum Divite? Ita nec Moysi ſedet ſolum ſe introduci in gaudium Domini ſui, foris ſcilicet remanente populo, cui licet ingraro & inquieto vice Matris dolenter inheret.* Tantùm amamus animas, quantum pro illis facimus, & cum Thomas plurimum fecerit, ſummè illas dilexit. Qui verò animas amat, Chriſtum amat. Hic probet ſuum amorem erga Chriſtum Pater familias domi, &c. Greg. Pastoral. p. 3. *Si indigentibus proximis*

ximis ipsi quas habent pecunias absconderent adutores procul dubio
 calamitatis exitissent, quo ergo reatu constringuntur aspiciant qui dum
 peccantibus Fratribus verbum prædicationis subtrahunt, morientibus
 vite remedia abscondunt. S. Bern. tales reos facit furti serm. 8.
 in Cant. Sanè cavendum in his, aut dare quod nobis accepimus, aut
 quod erogandum accepimus retinere rem profecto proximi retinet tibi,
 si verbi causâ, plenus virtutibus cum sis, nihilominus donis scientia &
 eloquentie adornatus, metu fortè, aut minus discretâ humilitate, verbum
 bonum quod posset prodesse multis, inutilli imò & damnabili ligas silentio,
 certè maledictus qui frumenta abscondit in populo. Quodsi insuper
 domi tuæ peccata permittis, particeps es illorum. Quidsi adhuc
 pravo ipsi præeant exemplo? Jer. 10. Quia stultee egerunt Pa-
 stores, & Dominum non quaesierunt, propterea non intellexerunt, &
 omnis grex eorum dispersus est. Reddent tandem pro grege suo
 rationem. Audiant S. Greg. in lib. Reg. lib. 5. c. 4. Velut præ-
 rores quidam exercitus, arma Christianæ doctrinæ induunt, profite-
 tur se Christianos, & per exempla subito parvulos Christi feriunt, qui
 velle protegere loquendo putabamus. Quia loquuntur Aliqui bene
 sed præbent mala exempla, cum fortiùs moveat exemplum
 quam sermo. Quodsi neque sermo sit bonus, & pravius
 exemplum? Greg. hom. 15. Plerumque, quod est gravius, qui pro-
 pria dare debuerant, aliena diripiunt, plerumque si quos humiliter, si
 quos continenter vivere conspiciunt irrident. Considerate ergo quid de
 gregibus agatur quando Pastores lupi fiunt. Hi enim custodiam gregis
 suscipiunt qui insidiari gregi dominico non metunt, &c. Et Moral.
 lib. 26. c. 10. Calumniatores rectè possumus dicere omnes iniquos, quia
 ratio morum vita distat à rerum substantia tantò gravius calumniator
 est, qui malè vivendo vim infert nostris moribus quàm qui volenter
 opprimendo, damna ingerit rebus. DEUS loco sui tradidit nobis
 proximum ut in eum charitatem exerceamus, quomodo isti
 præceptum de charitate implent qui sunt animarum homici-
 dae? S.

dæ? S. Bern. insuper dicit esse perjuros in Ps. 28. Quis ascendet in montem Domini? Non simus nobis inutiles ne in vano accipiamus animas nostras. Non simus inutiles proximo nostro, ne in vano ei jurasse probemur, &c. De juramento convenit spiritui ut agnoscamus debitum, & promissam fidem irritam facere vereamur. Omnes enim proximis jurati sumus, cum quibus in Ecclesie venimus unitatem. Et hæc professio fidei Christianæ, ut qui vivit jam non sibi vivat, sed ei qui pro omnibus mortuus est, &c. Debitor es Sacramenti, cautione & propria professione teneris. Hic ergo accipiet benedictionem, à Domino DEO suo, hic qui unus accipit brævium.

In Epiphania Domini.

Magna fit hodie rerum mutatio jam relinquere incipit Synagogam Christus & Gentes amplecti. Jacob junior, hoc est Gentes præripiunt benedictionem majori Esau, id est Judæis. Jam ipse Jacob benedictionem daturus per manuum impositionem nepotibus Gen. 48. transponit manus, & supra juniorem ponit dexteram. Ecce Moyses Æthyopiissam ducit uxorem, & Samson alienigenam. Ecce Isai. 9. *Populus qui ambulabat in tenebris videt lucem magnam.* Apparuit Magis in stella puerulus gestans crucem. Crux etiam apud Ethnicos magnum quid significabat, juxta Horum Apollinem notabat Ægyptiis spem futuræ vitæ. Antigono comparuit Crux in cælo ex his literis formata TPELA sive Ygeia quod significat salutem. Plato litteram χ quæ crucem exprimit, inter admirandas habuit. Secuti stellam magi, id est, viri doctissimi, ingrediuntur Jerosolymam, & impletur quod prædixerat Tobias c. 13. *Jerusalem civitas Domini luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt.*

bunt.

bunt in te Dominum. Et cap. 14. Relinquent Gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & gaudebunt in ea omnes Reges terre adorantes Regem Israel. Vultis etiam videre in persona hos Reges ostendet illos Beda in Collectancis. Primus Melchior senex & canus, barbâ proluxâ, aurum obtulit quasi Regi magno. Secundus Gaspar juvenis imberbis, rubicundus, eius quasi DEO obtulit. Tertius, adolescens, fuscus, integre barbatus Balthasar Myrrhâ oblati DEI Filium mortalem professus est. Quæ etiam verba locuti dum offerrent munera, audire possumus Doctore Cypri. Ambr. Tertull. Hilâr. apud Isai. 45. Viri sublimes tui erunt, & post te ambulabunt, vinceti manicis pergens, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est DEUS, & non est absque te DEUS. Verè tu es DEUS absconditus.

In Festo S. Dorotheæ V. & Mart.

DUM S. Greg. hom. 12. Evang. de decem virginibus explicando, ad illud pervenit. *Dare nolitis de oleo vestro, ait. Quid est quod tunc à prudentibus oleum petunt? nisi quod in Adventu Judicis cum se intus vacuas invenerint, testimonium foris querunt, ac si à sua fiducia deceptæ. Quia nos quasi sine opere repelli conspiciunt dicite de nostris operibus quod vidistis. Sed hoc est miserum. Ite potius ad vendentes, olei venditores adulatores sunt. Habuit Sancta testimonium intus.*

Habuit imprimis testimonium veræ virginittatis, quantum sit crimen virginem se extra ostentare, in corde non esse, ostendit Tertull. lib. de Pudicitia. *Siquidem post interdictam alienorum Deorum superstitionem ipsorumque idolorum fabricationem, post commendatam Sabbati venerationem, post imperatam Parentibus secundam à DEO religionem, nullum aliud in talibus civibus firmandis monendisque substruxit præceptum, quam, non machaberis. Virgo*
fuit

fuit sancta etiam inter Ethnicos, inter sollicitationes, &c. Etenim si absque Baptismi gratia, &c. Aliqui virginitatem servarunt, quomodo non turpe erit Christiano maculari? Salvian. de guber. lib. 7. *Quæ nobis rogo ante DEUM, aut vitæ esse aut veniæ spes potest, quando castitatem in Barbaris cernimus, & nec sic casti sumus? Quare inprimis te domi continebat ut suavit Hieron. Eustochio Virgini. Foris vagentur virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso quasi ostium clausuris, & juxta Evangelii præceptum in occulto oraveris Patrem tuum. Veniet, pulsabit, & dicet. Ego sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit introibo, & cenabo eum eo & ipse mecum. Et tu stacim sollicita respondebis vox Fratris mei pulsantis & dicentis. Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea. Attendebat sibi à minimis quæ possent esse noxiæ Virginitati, ut sunt somnus aut cibus multus, sociæ vanæ, vestitus mundanus, libri parum casti, oculorum liber iactatus, &c. Quæ enim à parvis superatur quomodo resistet majoribus? Bern. de S. Clemente Papa M. *Ut quid ergo non possumus & nos cum B. Clemente Christi calicem bibere? Sed fortè respondent aliqui possemus si opportunitas non deesset, sed persecutionis tempus cessavit. At ego fateor, non facis crediderim ita dicentibus, quid enim? quotidie ceditis punctione actûs unius, & mucroni vos arbitramini posse resistere? in minimis probate. Studuit summæ humilitati, nam luxuria procedit ex superbia. Greg. 26. Moral. 13. in illud Osee 5. Spiritus fornicationis in medio eorum & Dominum non cognoverunt. Qui ut ostenderet quod causa libidinis ex causa proruperit elationis mox subdidit dicens. Ibid. *Et respondebit arrogantia Israël in faciem ejus ac si diceret culpa quæ per elationem mentis in occulto latuit per carnis luxuriam in aperto ostenditur. Si Spiritus sub DEO premitur, caro illicite super Spiritum non levetur, habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis si tamen recognoscat sub DEO jura legitimæ servitutis. Nardus dedit odorem ait Cant. Bern. ferm. 42. in Cant. Nar-***

du est humilis herba, ideo per hanc mihi videor non incongrue virtutem humilitatis accipere. Ex humilitate processit quod vanitatem in vestitu fugerit, quod ad virginitatem requirit Cypr. de habitu Virginum dum Virginem sic affatur. *Ceterum si tu te sumptuosius comes, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te juvenutis illicias, suspiria Adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nuerias, peccandi fomenta succendas, ut & ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus praebeas, excusari non potes quasi mente sis casta & pudica, redorguit te culum improbus & impudicus ornatus, nec computari jam potes inter puellas & virgines Christi quae sic vivis ut possit adamari. Et Tertull. lib. de Virginib. velandis. Eiusdem libidinis est videre & videri, &c. Et Virgines videntur quae à viris aliquid petere possunt? Occurrit idem hic illi responso. Scandalisamur inquit, quia aliae aliter incedunt, & malunt scandalisari quam provocari. Scandalum nisi fallor non bona rei. Bonae res neminem scandalisant nisi malam mentem. Si bona est modestia, verecundia, fastidium gloriae, soli DEO cupiens placere, agnoscant malum suum quae de tali bono scandalisantur.*

Tale testimonium habuit Sancta de Martyrio, &c. Ut est in vita eius. Nec desunt occasiones nobis Martyrii, nolite virgo consentire, persecutionem ideo patiatur, &c. Jam est quoddam Martyrium. Greg. Dial. lib. 3. cap. 27. Duo sunt Martyrii genera, unum in occulto, alterum in publico, nam etsi persecutio desit exterius martyrii meritum in occulto est cum virtus ad passionem prompta intus flagrat in animo. Quia enim possit esse & sine aperta passione Martyrium, &c. Ex Joanne constat, &c. Per hoc quod se omnipotenti DEO in corde mactaverunt etiam pacis tempore Martyres fuerunt.

In Fefto S. Iofepi B. M. Virg. Sponfi
CONCIO.

Desponsata Mater JESU Maria Iofeph.

Matth. 1.

PAUCA Evangeliftæ de S. Iofepo nec mirum, quia toti fuerunt in describendo Chrifto Matthæus probat effe verum hominem juxta promiffiones factas variis. Joannes toto Evangelio verum DEUM: Lucas verum Sacerdotem, ideoque illi bos appingitur ut victima. Marcus Judicem feverum. Satis tamen dixerunt cum virum Mariæ appellarunt. Cant. 4. vocat Spiritus S. B. Virginem *fontem signatum*. Quia ut in fonte quieto, ait Ambr. Sponsus ex sponsa videri potest. *Desponsata Iofeph*. Ita & Moyfes describit mundi creationem ubi oportebat agere de mundi confervatione, de concursu DEI, folùm dixit. *Quiervit DEUS ab omni opere* relinquendo reliqua nobis confideranda. Ita Evangelifta, *Vir Mariæ*. Quid in hoc confiderandum, aperiã.

Certum eft quod Matrimonium B. Virginis ex fpeciali Divina difpofitione confiterit, nam cum B. Virgo voverit virginitatem DEO, non alteri nupfit quàm illi de quo revelatum fuit quòd Virgo manfurus effer, unde etiam *custodibus* ejus Sacerdotibus dictum à DEO, ut non alteri daretur, quàm cujus in manu in templo confistentis virga effloruiffet. Præterea cum illud Matrimonium affumptura erat protectionem, tum Filii ne videtur ex adultera natus fi fuiffet ex illa quæ non habebat virum, tum ne veluti adultera lapidaretur: tum ut haberet autorem maxime in Ægypto, &c. Certum item quod

C 3

B. V.

B. Virginem DEUS in filiam speciali modo assumpserat juxta illud. *Audi filia & vide.* inclina aurem tuam, cum tibi Gabriel annunciabit, *obliviscere domum tuam,* ad hoc non respice, quod sis vi conditionis humanæ ancilla & mancipium meum, et Mater Filii mei. Itaque DEUS debebat B. Virgini talem dare sponsum qualem decebat dare filiæ suæ, Matri Filii sui, & quod Matrimonium decebat miraculis firmari, uti & firmatum est, talem decebat esse Tutorem & Patrem licet putativum Filii sui: jam verò si B. Virginem fecit plenam gratiæ & sanctissimam, etiam Josephum plenum: si illa super omnes Angelos, saltem hic non infra omnes: si illa supra omnes sanctos, saltem iste inter maximos. S. Joanne Baptistâ *major non surrexit,* quia erat præcursor Domini, & ob hoc vocatur Angelus, an non sit pater, si non majus officium, esse Patrem licet putativum; verum tutorem Christi, verum maritum Matris DEI? Si Moyses ad colloquium DEI admittus, quia duxit populum Domini ex Ægypto, non dubito & Josephum qui duxit & reduxit populum Dominum: si Isaïæ labia purgata de coelo quia clarus ceteris de Christo erat prophetaturus, quidni totus Joseph qui cum Domino circiter annis triginta habitaturus? Si Abraham benedictionibus impletus, quia figuram Christi in monte Isaac exhibuit, quid iste qui ipsum Christum, &c. Unde aude dicere hunc Josephum decus Patriarcharum; decus Prophetarum; decus Sanctorum omnium. Cant. 4. B. Virgo vocatur *fons signatus* quo sigillo? Ambr. imagine Sponsi qui in ea velut in speculo videbatur, scilicet per similitudinem maximam quam cum illa habebat, ob hanc enim vocamus filium Patris, filiam Matris imaginem. Adde quod est majus. *Vir est caput mulieris.* Et quidem Joseph factus DEI speciali ordinatione & miraculo caput B. Virginis, miracula verò non possunt ullo modo fieri in attestationem falsi, igitur verè caput erat: & quia DEUS illud

illud ordinaverat, tale erat caput quale verè decebat habere B. Virginem, id est, directorem, gubernatorem, Præfidem, quantum est Josephus? Sed multo majus est, quia per hoc erat director Christi, iterum cogitare quantum est Josephus? *Joseph vir Mariae*, igitur res ejus Maria, inde *fons signatus* illius imagine tanquam res ejus propria, o quam dives hoc thesauro Josephus? ornamentum conjugum amor mutuus, quantum hunc virum dilexit Maria, quæ cum in omni virtute fuerit excellentissima, certè etiam in amore sui conjugis. DEUS *Adamo inspiravit Spiritum vitæ*. Sed cur non etiam Evæ, utique & illa indigni anima? Respondet Basil. Selevcus. *Quia in utroque conjugè est eadem anima*. Sic Josephus vixit ac si anima Virginis viveret: sic Virgo, ac si anima Josephi, Hinc paritas magna. Eccl. 24. *Quasi palma exaltata sum in Cades alii legunt. Maritata in Cades*. Cui nubit palma? certè non quercui, sed palmæ sibi simili, sic B. Virgo simili Josepho. *Cades* significat Sanctitatem, simili in sanctitate. Illa palma victoriæ signum: de hoc Missa incipit. *Fustus ut palma florebit*. Dixi ideò B. Virginem nupsisse B. Josepho ut ab illo in necessariis vitæ juvaretur, sed jam hoc dictum corrigo & aliquid amplius dico. S. Germanus orat. de oblatione B. V. ait. *Nutriminum per Angelos accepit*. Nutrita est dum esset in templo, per eosdem etiam extra templum nutriripotuit. Inprimis datus illi Joseph ut conjugio protegeret à suspitione adulterii, ut verus maritus. Quod si maritus jam representator Spiritus S. sicut ille conceptum Christi & nativitatem obumbravit, ita Joseph reliquam vitam. Dixit Gabriel *Spiritus S. obumbrabit tibi*. Illa de se dicit Cant. 2. *Sub umbra illius quem desideraveram sedi*. Sub cujus? Palma sub umbra palmæ, in hoc enim est conjugium palmarum. l. c. *Sicut malus dilectus meus*. Cur non alteri comparat arbori? Palmam explicat Hieron. *Reges olim inaugurabantur sub umbra arboris fructuosæ*. Ex quo hunc elicio

elicio sensum B. Virginis : Non putate me infructuosam licet palmæ nupserim, est mihi hæc palma sub cuius sum umbra, malus. Philo Carpathius, per malum vult intelligi arborem fructuosam. Multos mihi fructus attulit Josephus, non solum vultum, odore me virtutum recreat multiplici, foliis exornat verborum, colore pulcherrimo bonorum operum tingit. Judic. 4. Debora dum exercitus pugnat contra Sisaram sedit sub palma, ut sciret exercitus quò recurrere pro auxilio & consilio deberet. Sedet sub umbra mali B. Virgo, sciamus illò recurendum : sed spectando palmam. S. Teresa affirmat, à B. Virgine obtineri quidquid per S. Josephum petitur, & quid mirum ponum est symbolum amoris, unum cor, una anima per amorem in B. Virgine & Josepho, Petamus subsidia contra hostem Christianorum cum pugnamus contra Sisaram Duce Debori nimirum B. Virgine, petamus per Josephum, de hoc prophetatum est, sub nomine alterius Josephi. *In verbis suis monstra placavit.* Per monstra Dan 7. describuntur Monarchæ qui orbem totum devorarunt, & noster hostis est ejusmodi monstrum *Vir caput est mulieris*, itaque Josepho annuente & B. Virgo nobis annuet. S. Josephus est vir Mariæ, itaque bona Mariæ sunt bona Josephi, itaque de illis potest disponere, sic argumentatur S. Bonav. in speculo. *Quæ sunt uxoris sunt viri, itaque Beatissima virgo totum thesaurum sui cordis, quod Joseph capere poterat, libentissime ei effundebat.* Et pro se quidem ex hoc thesauro multa Joseph accepit, accipiet & pro nobis. Hieron. contra Helvidium. *Dico ipsum Josephum virginem fuisse per Mariam.* Cum S. Antonius de Padua in concione dixisset. *S. Joseph est magnus Sanctus.* Crux aurea visa est super caput ejus; largitur cultoribus suis crucem sed auream Josephus. Dabit nobis contra hostem, crucem qualis olim data Constantino. Dum confiderat Chrysol. ferm. 46. verba. *Desponsata est Mater JESU Mariæ Josephi*

Joseph: ait. Quid sibi vult, Sponsa Mater? si Mater non Sponsa: si Sponsa non adhuc Mater, suffecerat dixisse, cum esset desponsata Maria. Non mirare Diue Doctōr. Quia est Josephi Sponsa tantō est magis Mater, & ex quo Sponsa tantō magis statim Mater nostra.

Desponsata Joseph, igitur ut dixi, æqualis, igitur quæ sunt Virginis sunt Josephi. Illa precibus suis concurret ad tollenda peccata nostra, & Joseph concurret: quod de vetere Joseph dictum. Deut. 37. *Cornu monocerotis cornua ejus tollit venena.* Illa plena gratiæ, & iste. S. Ambr. exhort. ad Virg. ubi considerat de Joanne, *Acceptit eam in sua.* Id est B. Virginem, quæ, inquit, sua, utique omnia Joannes dimisit. Sed, respondet, variis repleti sunt donis à Christo Apostoli, in hæc recepit. *Neque enim Mater Domini intraret nisi ad possessionem gratiæ.* Sed multo magis illam recepit Josephus in sua. B. Virgo, *Mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, Corona in capite duodecim stellarum.* Et huic Josepho competit quod de illo vetere scriptum. Gen. 37. *Vidi Solem & Lunam & stellas me adorare. Quærebatur de Sponso B. Virginis Cant. 5. Qualis est dilectus tuus ex dilecto? Candidus & rubicundus.* Candidus propter lucem Lunæ, rubicundus propter lucem solis. *Electus ex millibus* ut David. Mores similes, hæc Virgo, iste Virgo. Illa timet esse Mater DEI: hic non intelligens neque suspicare malevolens, vult occultè illam dimittere sicut Petrus, *Exi à me Domine.* Illa obediens, hic obedit & in Ægyptum terram Paganorum abit.

Desponsata Joseph Mater JESU. Christus filius putatitius Josephi, *Nonne hic est fabri filius?* Sed modo speciali, quia Joseph vere Matris ejus fuit maritus: unde illi natus ut viro uxoris, nec refert quòd ab eo non sit genitus, nam si alicui in agro ejus nasceretur seges miraculosè, absque dubio ejus esset: itaque & Christus est Josephi. Natus est è DEO Patre Christus per intellectum, è Joseph per intellectum & voluntatem quia

D

con-

confenfit, ut Matris ejus eſſet maritus. Jam ſi Sap. 2. *Gloria Filii Pater eſt*. Talis debuit eſſe Joſeph ut deceret eum eſſe Patrem DEI. Præterea Filius quodammodo Joſepho obligatus, per Joſephum enim hæres regni David, ut oſtendit Cornel. a lapide; & ideò fortè Matth. 1. per Joſephum ejus deducitur genus. Quia verò filius, eſt ſub jure Patris, & ideò nomen illi Pater imponit, proinde ſi Adamus debuit eſſe in ſtatu innocentie ut beſtiis nomen imponeret, Gen. 2. Debuit multò magis eſſe Joſephus ut imponeret Domino. Si Adamus debuit plenus eſſe ſapientia, certè & Joſeph. Si Adamus debuit intelligere naturas animalium cum imponeret nomina juxta eorum naturam, debuit & Joſeph Chriſti pleniùs quàm alii naturam, & quidſit Chriſtus, quod eſt maximum. Nec refert, quia revelavit Angelus Joſepho, quale nomen erat impoſiturus: nam revelavit etiam Pater cœleſtis Petro, quòd Chriſtus eſſet Filius DEI, tamen *Beatus es Simon Bariona*. Obediebat Filius Matri, obediebat rurſum Mater Joſepho, & Agnus virginem Matrem & Joſephum ſequebatur contra ac ſcriptum Apoc. 14. *Virgines ſequuntur Agnum*. Tobias cap. 12. Volebat dare Angelo dimidium ſubſtantie ſue, quia Filium ſanum duxit & reduxit, quid illi debet Pater æternus? In honore fuit verus Joſeph quia Gen. 41. aluit Ægyptios: in quo honore hic debet eſſe Joſeph quia aluit Chriſtum? Filius quamdiu eſt ſub poteſtate Patris unam in jure cum eo conſtituit perſonam: itaque & Chriſtus cum Joſepho. Reſpiciebat Joſeph Mariam ſicut in ſanctuario reſpiciebant ſe Cherubim, & in medio erat propitiatorium: ita hic in medio Chriſtus. Communia Patris & filii ſub poteſtate Patris manentis ſunt bona, itaque Chriſti & Joſephi. Si Moyſes ex conſortio DEI brevi factus admirandus, quidni & Joſeph ex tam longo DEI conſortio? De Matre gloriatur Chriſtus: *Tota Pulchra es*. Quidni & Joſeph ita pulcher ut de illo

illo possit gloriari? S. Th. t. p. q. 27. a. 5. Quò aliquid magis appropin-
quat suo principio, magis de illo participat. Ut quò magis igni propin-
qui fumus, magis calefcimus: quò magis glaciè propin-
qui magis frigemus, at verò post Mariam quis magis propin-
quus esse potuit Christo quam Joseph? inde Gerson. *O admi-
randa Joseph sublimitas tua, ô dignitas incomparabilis?* Christus
erat subditus Josepho, igitur labores suos in bonum Josephi
vertebat. Si felix fuit Simeon quia tantum semel in manus ac-
cepit Christum, quid Joseph? Si domui Obededom benedixit
Domiuus quia arca in illa subsistit, quid Joseph? Si Joannes
ad celi arcana admissus quia semel in pectore Domini recu-
buit, quid Joseph? Felix Joseph ab Arimathia qui corpus
Christi ad sepulturam obtinuit, quid iste? O verè magnus
Joseph, ô verè vir Maris, & Maris Matris JESU.

In Annunciatione B. M. Virginis.

Quando Christus sanavit cæcum Joan. 9. misit illum ad
Naratoriam Siloën, quod interpretatur *Missus*. Aug. tr.
44. in Joan. *Expuit in terram, de saliva sua fecit lutum, quia ver-
bum caro factum est, Inunctus erat, & nondum videbat, misit illum
ad piscinam quæ vocatur Siloë, &c. Jam quis sit missus, agnoscite:
nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum à crimine fuisset dimissus.*
Ad hoc *Missus* remittitur peccator, videamus quomodo per
hoc à peccato dimittatur. Proponit sibi S. Chrysol. ferm. 1.
quare fit ad S. Virginem Angelus missus, dar fundamentum
ex quo respondeatur. *Ut homo cursibus eisdem quibus delapsus fue-
rat ad mortem, rediret ad vitam; agit Angelus cum Maria de salute,
quia Angelus cum Eva egerat de ruina, ut nostræ perditionis initio con-
ueniens nostræ reparationis principium responderet. Quod ipsum
ulteriùs explicari potest ex Dami. ferm. de Annunc. Per ipsam,*

& cum ipsa, & in ipsa, totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine ipsa nihil est factum, ita sine illa nihil sit refectum. Et Andr. Creten. Orat. de dormitione B. V. Sola præter naturam electa fuit ad naturam renovandam sola deseruit Opifici nature. Mirari poterat aliquis, quare Angelus dum S. Virg. solutat, nomen ejus non ponit, sed solum ponit. Ave gratia plena. Maria significat stellam maris, nondum fuit talis stella, quia nondum confecerat. Redeamus ad verba Chrysol. & ex illis ita discurremus. Primâ die lux à DEO creata, hic virtus Altissimi obumbrat, nunquam est umbra nisi ubi lux. Secundâ dividuntur aquæ ab aquis. Apoc. 17. Aquæ multæ, populi multi, hic divisio fit, novum Regnum Christo erigitur, regnabit in domo David, &c. Tertâ separatur terra ab aquâ, Alb. M. 17. Missus. In Nazareth annunciatur Christus nasciturus, quia in flore speratur fructus processurus, flos hic omnibus se exhibuit medicinam, confecit sensum, refecit corpus. Nazareth enim significat floridum, Die quartâ Sol & astra sunt producta, hic verò venit lux in mundum. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Die 5. Ex aquis aves & pisces prodierunt, hodierna dite tot sanctos producit. Sextâ, Adam creatus, hic novus Adam producit. Septimâ DEUS ab opere quiescit, hic in utero quiescit. Bonav. in Luc. 1. Sicut homo primus suis conditus ad totius mundi complementum sexto die, sic secundus homo, scilicet Christus, incarnatus sexta ætate, & sexto millenario ad totius creature perfectionem. Ibi dixit, Crescite & multiplicamini, hic dedit illis potestatem filios DEI fieri. Quies in cœlo est, Andr. Jerosol. Universi celestium potestatum Ordines magno gaudio exultant ob DEI reconciliationem nobiscum. Et hoc factum est per verba. Fiat mihi, &c. Tertull. lib. de Orat. c. 2. docuit nos DEUS orare, Pater noster, cur non Filius noster, siquidem hic homo factus? In Patre Filius invocatur, nec Mater quidem præteritur, siquidem in Filio & Patre Mater recognoscitur.

Invo-

Invocamus post DEUM S. Matrem. Quia ut Bern. super Missus
Quantum sine personali unione condicio creaturae patitur, luci illi inac-
cessibili videtur immersa. Aliis sanctis Apoc. 14. Nomen ejus &
nomen Patris in frontibus scriptum. Aliae virgines sequuntur
Agnum, ista sole amicta. Bern. ferm. signum magnum. Illo igne
labia Prophetarum purgantur: illo igne Seraphim accenduntur. Longè
verò aliter meruit B. V. non veluti summatim tangi, sed operari ma-
gis undique & circumfundì, & tanquam in ipso igne concludi. Bernar-
din. tom. 3. ferm. de Joseph. Fuit B. Virgo creatura, nobilior
omnibus creaturis, quae in humana natura fuerunt, aut possint, aut
potuerint generari. Inde Dami. ferm. 46. Meritò B. Virgo dicitur
Oriens orientis, fons fontis vivi, origo, principium. S. Th. in Catena
ad Luc. 1. Totam sibi hauserat Spiritus S. gratiam.

Ita facta mundi recreatio, sed etiam conservatio per B.
 Virginem, doctrina Evangelica conservat Ecclesiam Bern. in
 Salut. *Scientiarum Sanctarum scientia Maria.* Sed clariùs Rupert
 lib. 5. in Cant. ubi eam vocat. *Prophetissam Prophetarum & Ma-*
gistram Magistrorum, id est Apostolorum illa enim ut Hieron.
ferm. de Assumpt. Forma disciplinae Christi, de illa Cant. 4. Sicut
turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis Pagni-
nus legit. Quae aedificata ad docendum. Alii, quae constructa ad di-
sciplinas. De illa Dam. ferm. 23. Totius est Religionis assertio. De
illa Germ. Orat. de Nativ. Non scriptum sanctitatis folium, vete-
ris novique testamenti sigillum. Ubi legimus Prov. 8. Ego sapien-
tia habito in consilio, &c. Salazar legit. Habito in concilio, & eru-
ditis praesum cogitationibus. Apostoli Jerosolymis celebrarunt
concilium, illi B. Virgo praefuit teste Rupert. lib. 1. in Cant.

In Eadem Annunciatione.

CUM verbum in carnaretur, nuptiae fiebant, ad has B. Vir-
 go ut

D 3

go ut

go ut esset Mater est invitata, & quia Mater, debebatur illi primus locus, sed ipsa jam tum fecit, quod postea docuit Filius Luc. 14. *Cum invocatus fueris ad nuptias recumbe in novissimo loco.* Ancillæ accepit locum, sed DEUS iussit illam ascendere superius & videamus quàm altè. Ascendit ad hoc ut gloriam quasi eandem habeat cum Filio. Arnold. Carnoten. lib. de laud. Virg. *Fili gloriam non tam comunem iudico cum Matre quam eandem.* Si eadem gloria, ergo qui se recognoscit servum Christi etiam agnoscat se B. Virginis servum, qui illum Dominum, hanc Dominam: qui illum Patrem, hanc Matrem: qui illum honorem amat, etiam istius, si illi Angeli serviunt, etiam isti, &c. Sed ista S. Virginis exaltatione non contentus Filius, adhuc illi adjicit, ut esset sui Domina, quia ille se facit ejus subditum. Paret sibi non imperant, sed subditis. Bern. ferm. 2. supra Missus. *Quod DEUS femina obtemperet, humilitas absque exemplo, quod DEO femina principetur, sublimitas sine socio.* Sed etiam amplius exaltavit, ut fieret homo Filius in ejus potestate reliquit, quod est ferè idem ac vitam Patri relinquere in arbitrio Pauli, ut si dicas Petro, dabo tibi vitam, si voluerit Paulus; si ille noluerit non vives, hoc verò majus est quam dare gloriam, dominationem, quia vita his melior, nisi illa consensisset, non factum fuisset verbum caro: nisi dixisset. *Fiat mihi, &c.* Sed amplius processit Filius in exaltanda S. Matre. Gloriam enim suam, imperium, videtur S. Matri tribuere, quasi propter illam à Patre illa acceperit ita enim hoc orat à Patre. Pl. 85. *Respice in me, & miserere mei, da imperium puero tuo, & salvum fac filium ancilla tue.* Quasi diceret, hæc da mihi, quia sum Filius ancillæ tuæ. Ita Aug. explicat. *Salvum fac Filium ejus, cujus Mater respondit, Ecce ancilla, &c.* Poterat certè multa alia Christus allegare: sed quia meminerat Patrem hic verbis *Ecce ancilla*, permotum ad vitam sibi dandam: Patri eadem repræsentat, ut & alia det sibi bona,

que

quæ licet illi debebantur titulo hæreditario tanquam vero non adoptivo Filio, etiam titulo Maternæ humilitatis petit, nam ut docent Bern. serm. 2. de Annuat. B. V. Ildefon. serm. 2. de Assumpt. Damascen. de eadem serm. 1. cum B. Virgo dixit, *Ecce ancilla per hoc obtinuit ut fieret Regina omnium, allegat ergo Filius hoc ipsum. Ecce ancilla, filius ancille ac si diceret, debetur mihi imperium à te Pater quia sum tuus Filius qui es Rex omnium, sed etiam ex ista ratione da mihi illud quia sum Filius ejus, quæ per verba Ecce ancilla meruit supra omnia imperium. Hinc duo discamus. 1. Quòd inter virtutes maximè DEO placeat humilitas, unde Greg. hom. 7. Qui sine humilitate virtutes congregat quasi in vento pulverem portat, & unde aliquid foris cernitur, deterius intus cecatur. Et idem notat in Ezech. hom. 10. Electi hoc semper in aliis attendunt quod à DEO melius acceperunt quàm ipsi, ita reproborum metus nunquam considerat quid alter boni amplius quàm ipsi, sed quid boni ipsi amplius quàm alter, habeant. Ubi & medium ad humilitatem perveniendi, & signum prædestinationis innuit. De cætero Bern. de dono spiritus cap. 2. Multo melius est peccatorem esse humilem, quàm Justum arrogantem. Sed & S. Ephrem serm. de recta vitæ ratione. Qui ab humilitate recedit, incipit à DEO derelinqui, quem autem relinquit DEUS, à malo spiritu vexatur quemadmodum Saul. Sed quid est ista humilitas? B. Isaias Abbas. Humilitas nec linguam habet quâ de aliquo negligente aut superbo loquatur, neque oculos quibus aiorum errata perspiciat, neque aures quibus ea quæ animæ suæ non profunt audiat, nihil denique habet negotii nisi cum peccatis suis. Alterum est ut B. Virginem valde æstimemus, honoremus, quia illi magna fecit DEUS, & super alias Creaturas post Christum exaltavit. Eccl. 24. Primogenita creaturarum. Primogeniti solebant in conviviis benedicere Fratibus, ut scribit Abulen. & Ligoman. Benedicat nobis.*

In Ea-

In Eadem Annunciatione

Misit DEUS Filium suum ut Legatum ad homines. Chry-
 lost. hom. ii. in 2. Cor. *Misit Filium Pater exhortari & le-
 gatione fungi apud humanum genus. Illo mortuo, substituti sunt
 Apostoli, 2. Cor. 5. Legatione fungimur pro Christo. Et tam dili-
 genter huic officio incubuerant, ut etiam S. Paulus orationes
 aliorum expetierit ad impetrandum felicem successum. Ephes.
 6. Orantes pro me ut decur mihi sermo in aperitione orti mei cum fiducia
 notum facere mysterium Evangelii pro quo legatione fungor. Nos in
 legatione succedimus Angelo Gabrieli dicenti. Ave gratia ple-
 na. Videamus quomodo illiud negotium impleamus. Legatio
 nostra est ad nobiliorem Personam quam fuerat Apostolorum,
 illi ad peccatores, nos ad Matrem DEI. Gabriel ivit ad Virginem
 Sanctam, sed nos ad Sancti Sanctorum, quia tunc non fuit Ma-
 ter DEI, modò est. Paulus in negotio salutis alienæ, nos in
 nostræ. Et tamen propter alienam quid non fecit? nos quid
 propter nostram? nec salutem nostram consequi felicius pos-
 sumus quam per B. Virginem. Bern. serm. de Aquæ ductu.
*Plenâ est gratiâ, & gratiam adhuc invenit, digna prorsus invenire
 quod querit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse conten-
 ta bono, petit supereffluentem. Quæ scilicet in nos per illam efflu-
 at. Hæc solata conjuges in Cana Galilææ cum vinum defi-
 ceret, &c. Vidit Joan. in Apoc. Sole amictam mulierem Bern.
 serm. Signum magnum. Ea est quæ velut alterum solem induit sibi,
 B. Virgo quemadmodum enim ille super bonos & malos indifferenter
 oritur, sic quoque ipsa, præterita non discutit merita, sed omnibus sese
 exorabilem, omnibus sese clementissimam præbet.**

In Ea-

In Eadem Annunciatione.

Gabriel idem est quod fortitudo seu virtus DEI, hic ad S. Virginem mittitur. Bern. super, hom. 1. *Non discordat nomen à nuncio, DEI quippe virtutem, Christum, quem melius nunciare decebat quàm hunc quem simile nomen honorat?* Solam S. Virginem invenit. Ambr. lib. 2. de Virginibus. *Quemadmodum sola cui eos libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetae? Denique & Gabriel ubi reversere eam solebat, invenit, & Angelum Maria quasi viri specie mota, trepida; quasi non incognitum audito nomine recognovit.* Factum hoc est in Nazareth per quod finis Synagogæ proximus indicabatur. Nazareth idem est quod flos. Bern. l. c. *In Nazareth Christus nunciatur nasciturus, quia in flore speratur fructus processurus.* Adveniente fructu flos decidit. Christus est fructus, flos erat Synagogâ. *Sed prodeunte fructu flos decidit, quia veritate apparente in carne figura pertransiit.* Flores erant figuræ Christi venturi quæ dabantur Judæis. *Si flos non decidit, ubi ergo regnum, ubi Sacerdotium, ubi Prophetae, ubi templum, ubi denique magnalia illa de quibus gloriari solebat Ps. 77. Quanta audivimus & cognovimus ea?* Idem ex ferm. parvis 5. *Dies diei eructat verbum. Dies diei Angelus Virgini, dies Angelus propter beatitudinem, Virgo dies propter integritatis virtutem. Et nox nocti indicat scientiam, serpens nox propter malitiam, mulier nox propter ignorantiam.* Dies est, umbræ figurarum cessant, nox reparatur, per aurem dæmon ingressum habuit ad Evam, per aurem Christus ingressus ad S. Virginem, id est, præcuntibus verbis Gabrielis. Bern. in Pentec. ferm. 2. *Missus est Gabriel à DEO, ut verbum Patris per aurem Virginis in mentem & ventrem illius eructaret.* Hic jam nostra fortuna superat Angelicam, nos possumus dicere DEUM Fratrem nostrum, quod illi non possunt; nos, quia

E

DEI

DEI Filius est Frater noster, possumus dicere DEUM Patrem nostrum, quod illi non possunt. Jobius Monachus 3. de Incarnat. c. 15. apud Photinum. *Absurdè faciunt qui malunt Angelum quàm homines esse; nam etsi sint illi dolores, morborum, & mortis expertes, cognatum DEUM Fratremque non habent. Habemus nos dolores & mortem, sed DEUS noster in his socius. Et propter hanc Incarnationem ita nobis videndum, ne id de nobis dici possit, quod ne Angelo conveniret. Tanta est sublimitas nostra. Advertit hoc Chrysof. hom. 3. in 1. Ephes. *Reverentur caput nostrum, reputemusque quàm adorandi capitis corpus sumus. Quid fieret si caput sanctum coelo dignissimum, manus inferno, &c. Hoc nos in tribulationibus animet. Chrysof. l.c. Si es Christi Corpus, Crucem tolle, nam & ipse hanc tulit: fer spina, fer colaphos, fer clavos, fecit id corpus ab omni labe doloque alienum. Christus carne sumpta in tantum nos dilexit, ut quasi nos in Spensam sibi rapuerit. Greg. 30. Moral. c. 16. *Labani filiam Jacob abstulit, quia ei per Prophetam Ps. 44. dicit. Obliviscere populum tuum & domum Patris tui. In tantum dilexit, ut propter nos quodammodo sit factus serpens, ut illum serpentem qui nos per Evam perdidit destrueret. Ambr. 3. off. 14. *Projecit Moyses virgam & serpens factus est, qui devoravit serpentes Egypti, significans quod verbum caro fieret, quae serpentis diu venena vacuaret per remissionem & indulgentiam peccatorum. Virga est enim verbum directum regale plenum potestatis, insigne imperii. Virga serpens facta est, quoniam qui erat Filius DEI ex DEO Patre natus, filius hominis factus est natus ex virgine, qui quasi serpens exaltatus in Cruce medicinam vulneribus humanis infudit. Hoc mysterium videns in spiritu Jacob, adoravit. Gen. 47. *Adoravit Israël Dominum conversus ad lectuli caput. Hebr. II. Legit S. Paulus cum LXX. Adoravit fastigium virgæ ejus. In quem locum Pauli Chrysof. Jacob adoravit Christum in suo typo, & adorandum significavit à Fra-*****

tribus & nationibus. Occasio adorationis fuit, cum moreretur Jacob visitavit eum Joseph Filius ejus & juravit se ejus corpus non relicturum in Ægypto, sed in terram Chanaan translaturum, quo jurante adoravit Jacob summitatem virgæ Josephi, quam ut Prorex in manu gerebat, id est sceptrum, in summitate virgæ flos erat, sciverat Jacob egressurum de radice Jesse virgam hunc florem adoravit. &c.

In Coena Domini.

Iudic. 14. Samson cum Leone decertavit, & raprum ex illius ore favum attulit Matri, ita Christus cum morte pugnans, tanquam favum dedit Eucharistiam Ecclesiæ sed hæc nocet malis, sicut arca in templum Dagon introducta. Et sic decipiuntur aliqui, qui malè communicant, interea blandiuntur sibi, ut ille Dives Luc. 16. *Anima mea habes multa.* Opus est fide Moyfes non permissus rubum ardentem accedere nisi solutis calceamentis, quæ erant ex pelle animalis, quod amplius non cognoscit, quam quod sensu percepit, sed neque intellectus mysteria capit. *DEUS habitat lucem inaccessibilem, seu In sole posuit tabernaculum suum.* Qui solem vult fixè intueri excæcatur. Ea quæ videmus, non percipimus; quid Divina? Dic quomodo magnes attrahit ferrum, acus magnete illita vertitur ad septemtrionem, fulmen solvit gladium illæsa vaginâ, Remora naves sistit, anima nostra spiritualis corpori unitur, & tota est in una parte, tota in toto? non intelligere sed credere DEUS nobis mandavit sua mysteria. Ps. 70. *Quia non cognovi literaturam introibo in potentias Domini Genebrard. Quia non satis intelligo mysteria DEI magnitudinem asserentia, veniam ad potentias DEI recolendas, sicque potentia DEI est superior nostro captu.* Accedendum cum charitate, nam peccata gustum tollunt, sicut abstulerunt

runt Judæis circa manna. Num. 21. *Anima nostra naufragat super cibo isto.* Et tamen fuit cibus Angelorum, cepas appetebant. Hoc ipsum etiam in tactu evenit Jer. 5. *Percussisti eos & non doluerunt.* Hic Christus ostendit quantum nos diligit, sicut in testamento ostendimus hoc ipsum, quando maximam partem alicui inscribimus. Unde aliqui Principes templis quæ amant sua corda inscribunt ut in iis sepeliantur. *Hic calice novi testamenti.* Dedit se quidem Christus etiam Angelis, sed non ita ut sit res illorum, nobis se dedit testamento, & quidem singulis, sic de illo participare potest pauper ac dives & dicere potest, *Dominus pars hereditatis meæ.* Testamento animam inscripsit, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Homines DEO inscribunt Animam, bona Amicis, corpus terræ. Nos terra, Nobis ille dedit corpus, bona non habuit. Aug. in Ps. 98. *In ipsa carne hic ambulavit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit.* Et sic impletum Eccles. 12. *Revertatur pulvis in terram suam, unde erat: & spiritus redeat ad Dominum qui dedit illum.* Sed nos Christi corpus non convertimus in nos: sed ille nos convertit in se. Reliquit nobis corpus quod valde dilexit, & ratione cuius appellabat se Filium hominis, & hoc toties. Cum DEUS animaret Adamum inspiravit in illum: modò cum hominem roborat dat illi corpus suum. Lac Matris maxime nutrit Infantem, nos Christi sanguis. Cum peccasset homo, fugiebat DEUM, factus est DEUS homo, ne illum fugeret amplius homo, modò cum ex mundo pellitur Christus, *pridie quem pateretur,* fit illi cibus, invenit modum quo per mortem non divideretur ab homine. Et sic *in finem dilexit nos,* quia nobiscum in Sacramento manebit ad finem mundi, de quo Nazianz. *Magnum inventum, absens presentia, & presens absentia.* Absens quia non videtur, est tamen presens. *In finem dilexit* propterea S. Cypr. hoc Sacramentum vocat, *ultimam mensuram* scilicet chari-

charitatis, Garzias. *Omnia in unam Eucharistiam Christus, & opera & gratias asservavit, in illa thesaurorum dona cumulavit, omnes amoris divitias in istam arcam effudit.* Sicut quando donatur monile, dantur & gemmæ quæ in eo continentur: ita cum dedit corpus & sanguinem, dedit investigabiles divitias Personæ suæ convenientes, benedictionem, dona supernaturalia, satisfactionem, donavit. Bern. in illa. *Consecidisti saccum meum.* Considerat corpus Christi fuisse thesaurum, in eo sunt adiumenta ad nostram vitam emendandam, ita ut plus una communio devota profuit ad hoc quam reprehensiones, exemplum est in discipulis euntibus in Emmaus, qui ex nulla re ita profecerunt, atque dum Christus illis fregisset panem. In hoc thesauro corporum nostrorum sanitas. *Ecce lignum vitæ.* In hoc vita æterna. *Qui manducat me, vivit propter me. Sicut vivo propter Patrem, sic vivit propter me.* Vivit eadem vitâ quâ Pater, & nos eadem vivemus quâ Christus, ut dicere possimus. *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus.* Quò altiùs ascendere possumus, non solum nos facit cohæredes, sed in se mutat. *Quid retribuam Domino?* Suggestit quid. *Calicem salutaris accipiam.* Contemnit hanc gratiam qui illa non utitur, qui mavult bobus, prædiis vacare, &c. Quam ad cænam venire.

In Festo S. Georgii Mart.

Sanctum hunc Græci in suo Martyrologio vocant magnnum Martyrem & antesignanum, similis Equiti missocelitus 2. Machab. II. *Apparuit Eques in veste candida. armis aureis, hastam vibrans, tunc omnes benedixerunt misericordem Dominum, & convulnerunt animis, non solum homines, sed bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.* Hujus Sancti ope Nicephorus Imp. victoriam in bello obtinuit. Cedren. in compendio. Hujus ope

jus ope Gunibertus Rex Francorum, apud Paul. Diacon. in ge-
 stis Longobardorum cap. 5. Hujus ope Edoardus tertius Rex
 Francorum, & alii complures. Niceph. lib. 7. c. 15. Baron. tomo
 7. Serarius in Litaneaticis lib. 2. quæst. 20. Quare merito illum
 Missale Æthyopicum vocat, Sydus honoris & Stellam splen-
 didam. Hujus sacras reliquias studiosè conquissit S. Germa-
 nus qui Jerosolymam profectus à Justina Imperatrice brachium
 ejus inpetravit, & Parisios detulit. Amoniscis. lib. 2. de gestis
 Francor, cap. 20. & lib. 3. c. 9. Hujus Zacharias Papa caput
 reperit cum inscriptione nominis & in templo ejusdem Mar-
 tyris reposuit, ut est in libro vitæ Pontif. Extat etiam nunc
 templum ejus in Prospoli urbe seu Lidda in qua passus, Tyrius
 lib. 7. belli sacri. Hunc Venantius Fortunatus celebravit epi-
 grammate lib. 1. epigr. 13. Non obfuit in hoc sancto militia vir-
 tuti. Bern. serm. ad Milites templi cap. 1. militem comparat
 Martyri. *Quàm gloriosi revertuntur victores de prælio, quam beati
 moriuntur Martyres in prælio.* Rupert. Præfat ad librum de vi-
 ctoria verbi DEI, de Machabæis militibus ait. *Etiam
 bellicam defensionem non minus quàm indefessam Martyrum
 patientiam in S. Ecclesia legendo & cantando celebramus. Sed
 vestis sit candida, sit vita casta.* Tertull. de Pudicitia. *Pudicitia
 flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides
 generis, fundamentum sanctitatis, præjudicium omnis bonæ mentis.*
 Arma Equiti fuerunt aurea, per aurum in scriptura significa-
 tur charitas, ex amore DEI, Ecclesiæ, Patriæ debent sumi ar-
 ma, non ad duellum, vindictam propriam, &c. Ambr. in He-
 xam. *Procul esto à magnanimis cupiditas ulsionis.* In vitis PP. cum
 quidam omnino vellet se vindicare, ita orabat quidam senior
 lib. 3. *DEUS jam non opus habemus tuo judicio, neque nobis necessarium
 es ut curam habeas de nobis, quia nos ipsi, sicut Frater iste dicit, & vo-
 lumus & possumus nos vindicare.* De invocantibus DEUM in vin-
 dicem

dicem, ita apud Loberium de Fortitudine & Constantia. Aug. *Judex dicit occide, & terror occidit, tu quando dicit DEO, occide inimicum meum, te facis Judicem, & DEUM quæris esse tortorem.* Vibrabat Eques hastam, armis utebatur Patriis, &c.

In Inventione S. Crucis.

Quid in Majo, mente amæno, crux facit? Imò facit, quia exhilarat, sicut si quis reperiret arma quibus è servitute dura per aliquem liberatus fuit, & quibus solis si reciderit in servitutem se potest liberare. S. Leo serm. 8. de Passione. *O admirabilis potentia crucis in qua & tribunal Domini, & judicium, & potestas Crucifixi.* Abduxerat Tyrannus mundum in captivitatem, miserus illus Christus Cant. 7. *Ascendam in palmam & apprehendam fructus ejus.* Delrio ita legit, *Ascendam in crucem & vincam Tyrannum.* Est etiam judicium in cruce. *Nunc Princeps hujus mundi judicatus.* Est potestas Crucifixi. Quia velut rem suam signant sigillo, ita ille nos in Capite Adæ sanguine suo obsignavit. Jo. Molanus de Sanct. Imag. cap. 17. quærit cur ab antiquo soleat appingi caput Calvarie humanæ Cruci ut in eam stillet sanguis, & ait, esse traditionem, quòd in monte Calvarie sit Adam sepultus, & ita ejus caput appingi. De ipsa etiam cruce Didacus della vega Francisc. asserit ex gravissimis Authoribus & Historia S. Crucis, dum Adam fuisset moriturus, mandavit Filiis ut irent ad paradysum, & ab Angelo custode paradysi impetrarent aliquem ab eo ramusculum de Arbore vitæ; tulerunt illi, sed jam mortuum invenerunt Adamum, quocirco illum ramum in tumulo ejus plantarunt, qui tandem in arborem excrevit, dum Salomon templum ædificaret, excisa in usum fabricæ est illa arbor, sed nunquam aptari potuit, itaque abjecta super aquam ut ex ea fieret ponticulus. Regina Saba

Saba

Saba, ut hoc lignum vidit, edocta Divinitus futuram ex eo crucem, adoravit, & prædixit in ea quendam suspendendum propter cuius mortem perituum esset regnum Israël, quocirca Salomon illud lignum iussit defodi in piscina, sed lignum enatavit. Addunt alii hoc ligno fuisse agitatum in piscina Probatica aquam, post cuius motum sanabatur æger qui prior aquam ingressus. *Ecce potestas Crucifixi.* Ad hanc asperionem capitis Adæ potest illud adduci Heb. 12. *Accessistis ad asperionem sanguinis melius loquentem quàm Abel.* Vox sanguinis Abel Gen. 4. clamabat vindictam, hæc asperio clamat *Emundationem conscientiarum nostrarum ad serviendum DEO viventi.* Huius erat effectus & signum, quia pendente in Cruce Domino, vivi percutiebant pectora, mortui resurgebant, & teste Anonymo Græco apud Gretf. tom. 2. *Mors subito refugit in orbem.* Ideo *Nos gloriari oportet in Cruce Domini nostri.*

De Eadem Inventione S. Crucis.

Non est ita horribile, ut putant homines, crucem invenire, credit S. Bern. de S. Andr. serm. 1. *Si fuerit qui collegas semper lignum crucis, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum, non est sylvæ arbor crucis, apprehendentibus eam.* Mira hæc & in speciem creditu difficilia, propterea profundius inspiciamus. Dicta Bernardi illa vox faciliora intellectui reddit, *apprehendentibus eam.* Variè crucem varii apprehendunt. Alii pretio conducti ut Cyrenæus teste Vega, alii coacti ut latro malus, at qui fructus eius supradictos percipere volunt, ferant ut Christus. Heb. 12. *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* Ad ferendam hoc modo hortatur 2. *Petr. 3. Nemo patiatur vestrum ut homicida, aut fur, aut maledicus*

maledictus, aut alienorum appetitor. Isti enim illibenter ferunt crucem. De Christo dicitur Cant. 7. *Secutura tua est assimilata palma, & ubera tua botris.* In Palæstina solent plantare vites penes palmas, & illæ se istis innectunt, & ita crescunt, palma significat crucem, an non libenter se vitis alligat palmæ, si enim humi jaceret cum fructibus suis putresceret, botri sustinent se premi, & sic vinum fundunt. Christus, proposito sibi gaudio sustinuit crucem, quia aspiciebat quantum gaudium habiturus ex sua redemptione videndo quod multi essent futuri sancti, per quos gloria Patri suo accresceret, hoc ipsum nobis faciendum. Dura crux sed qui eam fert laudem à DEO meretur, & de sua salute certior redditur, Bern. serm. de verb. Apost. Qui gloriatur in Domino gloriatur, &c. *Quid sibi vult, quod, non qui seipsum commendat ille probatus est, &c. Quis est qui in hoc seculo commendat? DEUS. Quomodo commendabit veritas eum qui adhuc reprehensibilis invenitur? Denique, ego inquit, quos amo, arguo, & castigo. Hæccine commendatio tota? prorsus, quantum mihi videtur ipsa est, nec testimonium amoris ejus nullum certius, nullum credibilius in hac vita quam quod desiderat Propheta Ps. 140. Corripiet me Justus in misericordia & increpabit me.* Regnum cælorum significatur per arcem Sionis; vi debet capi 2. Reg. 3. Arcem Sionis oppugnabat David, eam infederant Jebusæi, qui confisi loco munito, ad illudendum Davidi, cæcos & claudos posuerant defensores, proclamando. *Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos & deviceris eos.* David proposuit præmium suis militibus si quis percussisset Jebusæum, & titigisset domorum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos, quo audito Joab unus è militibus Davidis, ut narrat Abulen. ex traditione Hebr. admovit arborem palmarum monti Sion, per eam sursum evasit, & cum militibus qui illum secuti, evasit in montem ac perfecit negotium. Et pro hoc facto creatus est Dux militiæ, ita Christus per crucem

F

cem

cem ascendit cœlum, & qui sequuntur, idem cœlum capiunt
Ascendam palmam & apprehendam fructus ejus. Fructus in palma
 solum sunt in vertice, fructus verò hic est arx Sion, cœlum,
 hunc nobis proponamus, durum quidem est attendere cru-
 cem, sed fructus est præclarus, quo gustato abstergetur omnis
 lachryma. Bern. ferm. de discip. euntibus in Emaus. *Cruce ipsi*
statera corporis Christi, quam desiderabat, qui dicebat Job. 6. Utinam
appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam pa-
tior, in statera. Cruce facta est statera corporis Christi, cum enim ipsi
crucifigeretur, appensa sunt cum ipso peccata quæ comisimus, & cala-
mitas quam incurrimus, &c. Cum adhuc in Cruce erectus staret, ve-
cillare videbatur statera, nec planè cognoscebatur quâ cadere deberet,
cum inclinato capite emisit spiritum ut calamitas præponderando cade-
ret, & quasi arena maris gravior appareret, Gentes quasi momentanea
statera reputatae sunt. Nunc ad verticem palmæ elevati sumus
 in statera quæ ex palma crucis pendeat. Ambr. ferm. 43. *Cum*
Gentilis esses, solebas signa perquirere superstitione Ethnica, quæ si-
gna quibus rebus essent prospera magnâ inquisitione colligere: jam nunc
nolo erres in numero signorum, scito quia in ipso signo Christi est tota
rerum prosperitas. Sed, quomodo inquit Crucem conscende-
 mus? Crucem conscendere, est illam ferre. Greg. hom. 37.
Duobus modis Crucem bajulamur, cum aut per abstinentiam carnis
afficimus, aut per compassionem proximi, necessitatem illius nostram
putamus qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, Crucem portat
in mente. Sunt plerique qui compassionem proximo non spiritualiter
sed carnaliter exhibent, ut ei non ad virtutes, sed quasi miserando ad
culpam favent, hi itaque crucem cadentur ferre, sed Dominum non
sequuntur. Sed Crucem Christi qui invenit, & ut debet appre-
hendit, clamat cum Andrea Apost. O bona Cruce cum Paulo
Gal. 6. Mibi absit gloriari nisi in Cruce. Beatum se putat Matth.
 5. *Cum ei maledixerint homines.*

In Festo S. Stanislai Episc. & Mart.
CONCIO.

Cognosco oves meas. Joann. 10.

VT fit aliquis Pastor invenio in S. Scriptura aliquot ad hoc conditiones S. Chrysol. serm. 40. *Ille vult mori antequam de ovibus suis quid mali videat.* 2. Curam illarum habet perpetuam. 3. Varias in bonum ovium adhibet industrias. *Argue, obsecra, increpa, &c.* 4. Exponit se pro illis periculo. Hieron. Epist. 12. *Legimus Aaron Pontificem vixisse obviam furentibus flammis & accenso thuribulo iram DEI cohibuisse.* 5. Ovibus Domini tanquam propriis attendit. 6. Joan. 8. *Cum oves emiserit ante eas vadit.* 7. Multum debet eminere in virtute. Chrysof. lib. 2. de Sacerd. *Quantam inter se differentiam homines rationis usum habentes, & bruta ratione carentiam dissident: tantum sane discrimen inter eum qui pascit atque eos qui pascuntur esse velim.* 8. Nosse oves. Sed non omnibus contingit esse Pastores plurium ovium: cuique autem unius, ideo omissis aliis conditionibus, ultimam solum accipio sine qua nec unius ovis quisquam potest esse Pastor.

Ovicula est Anima quam cuique DEUS pascendam dedit, hanc bene cognoscere opus. Prov. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.* Hanc oviculam possumus cognoscere oculo humano, Christiano, & Sanctorum. Humano oculo seu per naturalem discursum. Res vivens melior non vivente, ideo pro nulla re danda est anima. Arist. 7. Polit. *Anima nobilior est corpore & omni possessione.* Aratus Poeta à S. Paulo in Actis adductus propter animam nos vocat genus

F 2

DEI

DEI, proinde honore & cultu omni digna est. Plato in Timæo *Ad hoc anima conjuncta est corpori ut fruatur scientiis & virtutibus.* Cognoscebat ita animam suam Stanislaus, & eam primò Guel-
næ, deinde Parisiis ornavit omni scientiâ & virtute. *Inde rediit domum tanquam ex mercatura mercator bonus: integris, pietate, modestiâ, castitate: excellenti doctrinâ, rerum gerendarum dexteritate Summâ.* Jam de eo si quis animam suam vilipendit quia non agnoscit, judicium Platonis lib. 9. de Repub. audiamus. *Si quis ut acciperet aurum, Filium aut Filiam, immanissimis ac pessimis Dominis in miseram servitutem vendere an non crudelissimus esset, & stultissimus? Quid? tu non stultior muledo & crudelior, qui partem tuâ Divinissimam, hoc est animam, impienissimo & impurissimo demerito vendis, ut expleas libidines?* Unde qui animam peccatis subijcit, finit illi dominari avaritiam, ebrietatem, stultus est & impius, & nomine hominis indignus, sed hoc adhuc parum est.

Opus animam cognoscere Christiano oculo quem fides illustravit, & eâ cognitâ ornare virtutibus propriis Christianorum ac scientiis, quæ sunt altiores quàm priores. Natura docet, Redde cuique quod suum est: fides docet Matth. 5. *Qui vult tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium.* Natura docet, nulli injuriam inferre: Fides, *orate pro persequentibus vos.* Natura, prospicere futuris: Fides, *thesaurisate ubi tinea non comedit, nec arugo demolitur.* Natura fugere adversa. Fides, *Omne gaudium existimate cum in varias tentationes incideritis, &c.* Sed & ipsius animæ cognitio est altior. *Vocavit nos in adoptionem Filiorum.* Sicut, si DEUS tuæ curæ permitteret futurum Filium, ita etiam anima tua agere debet. Est & Filia, & Sponsa DEI, si hanc Sponsam per capillos raptam humi volutares, pedibus concalcas. Egit ita Sanctus. Hoc in illo advertit Lampertus Ep. Cracovien. qui eum per coactionem bonam fecit Sacerdotem, Canonicum, & Concionatorem. Sed Sanctus oculo Sanctorum
insuper

insuper animam suam cognoscebat, neque contentus suam exornare etiam alienas ornare studuit, & quia ut Ambr. ferm. 76. *Prima doctrina est benefacere.* Et maxime virtutem docet, qui ipse facit. Scivit etiam quod Hieron. Epist. 2. ad Negotianum scripsit. *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne, cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc quæ dicis ipse non facis?* delicatus Magister est qui ventre pleno de jejuniis disputat. Pugnandum erat Sancto, contra luxuriam: virginitatem suam integram exhibuit. Contra invidiam, adjecit mansuetudinem, cum illius nobilis qui ejus familiam vulneravit, ipsum noctu eiecit domo, Ecclesiam postera die injuriæ immemor consecravit. Contra gulam continua jejunia offendit, contra superbiam, humilitatem: contra invidiam, summam erga miseros charitatem, unde viduarum & pauperum suæ diæcesis, ne quem præteriret, conscriptum habuit catalogum. Contra accediam, zelum, quo incensus veluti Mercator tempore nundinarum nullis se passus aliis implicari negotiis. Currebat per Diæcesim, & dicere cum Paulo poterat. *Omnia sustineo pro electis ut & ipsi salutem consequantur.* Incidit in Animam Boleslai turpissime infectam, vidit periculosum esse, Regem ferocem & in libidinem effusum aggredi audacter accedit & ingeminat. *Non licet tibi Rex.* Calumnia Sancto ingeritur à Rege, ille verò. *Quoniam diminutæ sunt veritates à Filis hominum, veritas de terra orietur, & justitia de caelo prospiciet. In nomine JESU Christi cui servo & cujus Ecclesiam tuor, &c.* Resuscitat mortuum, perstrictus Rex miraculo conquiescit; sed captâ Chiovia, iterum turpior & crudelior evadit; occidit Stanislaum, &c. Ita Stanislaus animas oculo sanctorum regnoscebat, ut libenter pro illis vitam exposuerit, & DEUS miraculis hanc ejus cognitionem approbavit. Nam & post mortem corpus ejus quod fuerat concisum, factum est integrum, in Canonizatione suscitatus est mortuus.

Si modò quæreremus per domos, Scholas, templa. No-
stine animam tuam? fortassè alicubi contingeret, quod accidit
Nehemiæ 2. Mach. 1. quærebat ignem, invenit aquam crassam,
quæritur cognitio hujus oviculæ, scilicet animæ, & ecce aqua
crassa, & ecce lutum, taliter se cognoscit atque lutum. Vel cer-
tè cognoscunt se, & ita curant, ac si essent bruta animalia. Ezech.
8. *Fili hominis fode parietem, & ecce omnis similitudo reptilium, &
animalium abominatio.* Ille se putat propter avaritiam talpam,
ille propter astutiam vulpem, &c. Et agit ut vulpes, excecavit
illos malitia eorum, hæc tenebras induxit ne videre possint,
quid inde? Apoc. *Foris carnis.* Non est bonum dare caribus
escam filiorum, aut Margaritam mittere ante porcos. S. Ma-
carius hom. 27. *Sicut in rebus ob oculos positis, si meretrix quapiam
se turpiter prostituat, ita anima quæ cuicumque se demoni tradit, cor-
rumpitur ab ipsis Spiritibus.*

In Eodem Festo S. Stanislai Episc. & Mart. Fragmentum.

SIve Sanctum hunc comparavero cum Joan Bapt. non er-
rabo, & hic dicebat Regi, *non licet.* Et tum dici poterat
cum hic vixit quod Jerem. 5. *Scupor & mirabilia facta sunt in ter-
ra, prophetae prophetabant mendacium, &c.* Applaudebant Regi.
De Sancto ut de Banania 2. Reg. 23. dicendum. *Vir magnorum
operum, ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit & percussit
leonem in media cisterna in diebus nivis.* Quando nimirum in pie-
tate refrixit Polonia sicut in diebus nivis, egit ut Ambrosius
de quo Theodoret, hist. lib. 5. cap. 18. cum excommunicavisset
Theodosium Imp. ac Rufinus Magister militum promitteret
Cæsari id se effecturum ut spontè Ambrosius anathema solve-
ret,

ret, dixit Cæsar. *Novi ego constantiam Ambrosii, & quod nullo Regiæ Majestatis timore Divinam legem transgredietur.* Et certe fortior fuit Stanislaus Reginaldo Polo Cardinale licet viro sancto, de quo Surius, cum eum Rex Angliæ Henricus confu-
leret, an divortium facere posset cum priore conjugē, loqui illi volebat aliquid Polus non ex veritate solida sed officiosē, ideoque statim aliquamdiu obmutuit, & reddita loquendi facultate, liberè Regem monuit ne id faceret. Bern. serm. de Joan. Bapt. *Ferveat etiam in nobis zelus iste, serveat amor justitiæ, odium iniquitatis, nemo vitia palpet, peccata dissimulet, nemo dicat, nunquid custos sum Fratris mei?* Pl. 28. *Afferre Domino Filii DEI, afferre filios arietum.* Quod Chrysol. serm. 10. sic explicat. *Afferre, afferre filios arietum, quos sponte venire aut necessitas vetat, aut etas impedit, aut tenent vitia, aut delicta morantur, adducite volentes, trahite nolentes, facite vobis de aliena necessitate mercedem, servum Dominus adducat, Pater Filium, &c.* Nemo dicat, non vult, quia Abraham, ut filium offerret collocavit, & Lothum Angeli ut subtraherent flammis, subtractum manibus sustulerunt. Duos Leones Moab occidit Stanislaus. Moab, idem est quod, *Pater meus?* respectum Affinium, quid fiet de meis si Regem offendero? non promovebuntur ad dignitates; Alter Leo, Amor sui, quid de me fiet? Sed Leo fuit in cisterna Rex, qui in profundum peccatorum venerat, de quo dici poterat Isai. 48. *Scivi enim quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.* Descenderat in cisternam, vallaverat sua peccata veluti muro, ut si quis illum accessisset, aut illi aut Regi pereundum erat, exire Rex non poterat ut è profundo. Aug. in Pl. 68. *Est quedam iniquitas quam qui operatur, non potest fieri ut misereatur ei DEUS quæritis fortè quanam illa sit? ipsa est defensio peccatorum quando quis sua peccata defendit, magnam iniquitatem operatur, hoc enim defendit quod DEUS odit.* Talis ut Pistor Pharaonis supra caput suum

suum ponit corbem Gen. 40. & ad hoc devenit, ut postea
 corvis laceretur, hoc luxuriæ proprium est, quia mentem exca-
 cat, & rationem pervertit. Greg. 6. in 1. Reg. 2. *Nulla sunt vitia
 quæ spissiores menti tenebras ingerunt, quàm libido.* Et tales abici-
 untur à DEO. Greg. ibid. c. 1. *Iusticiã DEI peccator projiciunt,
 quando ad perpetranda luxuriæ inquinamenta curvantur.* Et ibid. c. 2.
*De his qui puritatis merito jam Filii DEI vocabantur, in Genesi
 dicit Dominus non permanebit spiritus meus in homine in æternum
 quod caro sit. Caro quippe homo efficitur, quando sensui carnis ratio
 subjugatur.* Bestia sensibus regitur, quod videt, audit, ab eo
 pertrahitur, homo per rationem sensui dominatur, sed in luxu-
 rioso ratio subjugatur, ideo jam non est homo qui ratione uti-
 tur, sed bestia quæ sensu. In tali non permanebit Spiritus S. qui
 est lumen cordium, extincto verò lumine quid aliud de ho-
 mine fiet, quàm fit de cæco. A luxuria transitur ad caedes,
 virgo lapsa curat necem prolis, adultera mariti & tandem hominem
 evadit in Leonem. Quare statim post prohibitionem idolola-
 triæ, festorum injuriæ, ac Parentum, DEUS posuit in Deca-
 logo legem de luxuria? respondet Tertull. adu Psychicos. *Quid
 delictum, intellige, cujus cohibitionem post idololatriam ordinavit, illud
 secundum longinque à primo, nihil tum proximum primo quam secun-
 dum, quod sit ex primo aliud quodammodo primum est, ideoque machie
 affinis est idololatria, nam & idololatria machie nomine & fornicati-
 nis populo sæpè exprobrata, etiam sorte conjungetur illi, & serie errorum
 damnationis coherebit illi, sicut & dispositione.*

In Accensione Domini,

Dicebat Martha ad Christum, dic Magdalenæ ut me ad-
 juvet, nos hæc verba circa B. Virginem reperimus, quæ
 sic Bern. serm. de Nativit. *Sic est ejus voluntas qui nos totum
 luit ho-*

luit habere per Mariam. Et ferm. 3. in vigil. Nativ. Christi. Quia indignus eras cui daretur, datum est Mariae ut per illam acciperes, quid quid haberes. Sed neque opus ut moneatur, cum ipsa ad succurrendum sit prompta. Richard. Victorin. in illud Cant. Duo ubera tua. *A DEO pietate replentur ubera tua, ut alicujus miseriae noticiam tacta, lac fundant misericordia, nec possit scire & non subvenire.* Scit verò multò melius nostras necessitates cum assumpta est in cœlum, quam scivit cum esset in terra, quia ut S. Th. 3. p. q. 10. q. 2. *Nulli intellectui beato deest quin cognoscat in verbo omnia que ad ipsum spectant.* Ad B. Virginem spectat cognoscere nostras necessitates. Quia est Mater nostra. Aug. lib. de S. Virg. c. 6. *Corpore Mater Capitis, spiritu membrorum.* Et quidem propter nos facta est Mater capitis, quia si Adam non peccavisset Christus non venisset, ex quo Anselm. de Excell. v. c. 6. *Si igitur illa propter peccatores, scilicet propter me, meique similes, facta est Mater DEI, cur illam erga me non Parentem sperabo? Et cap. 12. Cur itaque non jurabis nos, utique eris Mater nostra, quando proptec nos in tantam celsitudinem es elevata, ut te Dominantem habeat atque veneretur omnis creatura.* Ex Maternitate secuta est tam sublimis gloria quam hodie in cœlo obtinuit. Cum ita sit in nos prona debet orari, quia Bonav. in spec. *Non solum in te peccant o Domina qui tibi injuriam irrogant, sed qui etiam te non rogant.* Quia promptitudine illius nobis ad benefaciendum se offerente non utuntur, promptitudinem verò hunc non exercebit nisi ores, quia ut S. Th. 2. 2. q. 83. a. 2. *Et si DEUS omnia nostra sciat, & dare proposuerit, tamen orari debet. Ut impetremus quod disposuit per orationes Sanctorum esse implendum.* Aliunde etiam DEO debetur oratio, ut ibid. a. 3. *Quia, per orationem DEO homo reverentiam exhibet, scilicet ei se subjiciendo, & profitendo se eo indigere sicut auctore suorum donorum.* Assumptio ejus describitur in Cantic. *Ascendit sicut virgula fumi ex aromaticibus,*

G

certè

certe odorata. Apoc. Seniores odoramenta offerebant Agno, & ista erant orationes Sanctorum. Nostri orationibus illa quasi constaret, ascendit velut virgula fumi, illas secum defert, ut quæ petimus obtineat, ad hoc Evangelium hodie meminit castelli, quia ut Damasc. orat. de dormit. Virg. B. Virgo est, *Civitas refugii, civitas vivens Regis exercituum.*

In Festo SS. Corporis Christi.

ITA nobiscum hodie agitur, atque si alicui data esset res pulcherrima & optima, quæ satis delectari non posset, eamque per plateas circumferret, ostentaret: ita hodie habendo corpus Christi facimus, & merito. Zach. 9. *Quod enim bonum ejus aut pulchrum est nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* Rursum hanc in nobis humiliatio debet oriri, si enim Miphiboseth filius Saulis cum esset jussus affidere mensæ Davidis 2. Reg. 9. *Adorans ait, quis ego sum servus tuus quia respexisti super canem mortuum similem mei?* Quanto magis nos. Quia Ruth. 2. concessit ipsi Ruth Booz colligere spicas in agro suo, non se potuit capere præ lætitia, sed hoc gaudium communicavit focui suæ. Si Rebecca Gen. 24. ostentabat dona oblata sibi à Procuratore Abrahæ, multò magis nos dicere possumus. *Venite, videte, quanta DEUS fecit animæ meæ.* Ponebantur, ut est 1. Reg. 21. semper calidi panes propositionis, nullus caler magis amore DEI quàm iste noster, in quo nobis omnem dat benedictionem, & ut Isaac Jacobum Gen. 21. *Fruento & vino stabilivit nos,* Et ultra hæc quid nobis faciet, cogita homo quid tibi velis plus fieri. Vis cum Angelis eodem cibo vesci. Pl. 77. *Panem Angelorum manducavit homo.* Vis certus esse de salute æterna. *Pignus futuræ gloriæ datur.* Vis esse affinis Christi? Cyrill. Alex lib. 10. in Joann. 13. *Sicut si quis liquefacta ceræ aliam ceram*

ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est, sic qui carnem & sanguinem Domini recipit cum ipso ita coniungitur, ut Christus in ipso & ipse in Christo inveniat. Et ut Cyrill. Jerosol. catech. 4. Concorporei & consanguinei Christi efficiuntur, Christi-feri, hoc est Christum in corporibus nostris ferentes. Volumus sanitatem? Idem Cyrill. Ibid. Non morsem solum, verum etiam morbos omnes depellit hic panis. Sedat membrorum nostrorum sevientem legem, pietatem coroborat, perturbationes animi extinguit, agrotos curat, ab omni nos erigit casu, &c. Ut in aliis lectionibus Breviarii pro hoc festo. Per carnem nos debellabat dæmon, ut patet in Davide, Samson, &c. Carne nostrâ illam Christus debellavit ut Goliathum David proprio gladio, hunc gladium reposerunt in sanctuario 1. Reg. 21. & hanc victoriosam carnem in sanctuario habemus, ad hunc gladium recurrit David in periculo ut est ibid. nos ad hunc panem. Ps. 22. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me*, hic panis est. *Gladius Gedeonis* Judic. 7.

In Festo S. Basilii Magni.

Satis in laudem hujus sancti dicam, si illum ut appellat totus orbis, Magnum vocabo hic enim titulus non datur nisi valde eminentibus in aliquo. Sic Alexander Magnus, Carolus ob ingentia facta in bellis. Albertus Magnus propter summam Philosophiæ scientiam, sed in explicanda Basilii magnitudine sequar Sanctum ejus Fratrem Greg. Nyssenum, hic neque majora vero audebit dicere, quia dixit coram iis qui Basilium noverant: neque Fratri aliquid de laudibus derogare. Dicit ergo in vita ejus quod fuerit. *Par Moysi, Elie, Joanni Bapt. & Paulo*, & in his fisco.

Par Moysi Basilus quia Moyses ex Ægypto duxit
G 2 popu-

populum præcedente columnâ igneâ: Basilium vidit S. Ephrem esse columnam igneam, nec pauciores duxit quam Moyſes, quia tot millia Monachorum quot orientalis Ecclesia numerat. Ille primus regulam scripsit, statum illum ordinavit. Sæculum SS. PP. comparant Ægypto, unde S. Antonius Magnus sæculares vocabat Ægyptios. Opera eorum ostensa sunt S. Arsenio ut est in vitis PP. lib. 4. Vidit hic Sanctus tres Æthyopes, unus in fascem componebat ligna ut portaret. Et cum experiretur fascem esse gravem, plura apponebat: ita in sæculo difficile divitem intrare in regnum cœlorum, tamen plures apponunt divitias. Combussit hæc ligna columnâ igneâ Basilium per votum paupertatis. Alter infundebat aquam in dolum pertusum quod non impletur, exsiccavit istas aquas Sanctus per votum Castitatis. Tertius inferebat trabem transversam in templum, corripuit per votum obedientiæ. Et hic tria signa prædestinationis seu terræ promissæ. *Beati pauperes, &c. Beati mundo corde. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Bern. declam. Cella terra sancta & locus sanctus est, in qua Dominus & servus ejus sæpe colloquitur. In terra promissionis primum est templum DEO erectum, hoc est in monasteriis Bern. ibid. Sicut templum est Sanctum DEI, sic cella est servi DEI, & in templo enim & in cella Divina tractantur, sed crebrius in cella, in templo visibiliter & figurativè aliquando Christianæ pietatis Sacramentum dispensatur, in cella verò sicut in cœlis, ipsâ veritate, ipso ordine assidue celebratur. Horum omnium caput Basilium ac proinde Magnus.*

Par Eliæ Basilium, resistit Imperatori, Hæretico Eunomio ac si Elias, si DEUS est Baal, &c. Ario, &c. *Verba ejus tanquam facula ardens. Quod de Elia dictum, Greg. lib. 7. epist. 5. Et quid tot & labores proderunt si in unitate fidei inventa non fuerit que ante DEI Omnipotentis oculos in bonis actibus animam præcipue custodit? Hinc enim dicitur, una est columba mea, perfecta mea. Cant. 6. Hinc*

6. Hinc ad Moysen Dominus dicit Exod. 38. Est locus penes me, & stabis super petram, &c. Est locus apud eum Ecclesiæ S. unitas, in qua super petram statur, dum Confessionis ejus soliditas tenerur. Quid ad hoc schisma? Segregavit Basil. ut Elias Balamitas, Magnus Dux Basil. nemo ante illum.

Par Joanni Bapt. Vitæ austeritatem consideremus. Greg. Nazianz. in Monachia. *Basilus unicâ tantum tunicâ se amiciebat, humi cubitabat, noctibus totis vigilabat, quotidie jejunabat pane solo contentus, & loco deliciarum sal habebat, aquam continuò potabat.* Hic videmus quàm verum sit quod dixit Tertull. ad MM. *Nihil erus sentit in nervo id est in equuleo, cum manus in caelo est, totum hominem animus circumfert & quo vult transferre. Ubi cor tuum ibi thesaurus tuus; vocati sumus ad militiam DEI vivi, nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo in aciem procedit.* Ita egit Basilus qui à puero vixit sanctè, quid nos? Ambr. 1. de offic. 36. *Moriatur caro nostra ut in ea omnis culpa moriatur, & quasi ex mortuis viventes noctis resurgamus operibus ac moribus.* Bene monet Greg. lib. 6. in Reg. cap. 2. *Non solum confitenda sunt peccata, sed etiam penitentiæ austeritate delenda. Qui circa salutem suam solliciti sunt, sic delere penitendo magna studeant ut minora plangere non smittant.*

Æqualis Paulo in laboribus. Conciones ejus videtur Apoc. 15. expressisse. *Vidi septem Angelos, &c. Cantantes canticum Moysi, vetus testamentum, & canticum Agni, novum. Acceperunt septem phialas aureas plenas iracundiâ DEI viventis, quas fuderunt super terram.* Hæc materia Concionum Basilii, ira DEI, quia concio non debet esse sicut musica, sed sicut tuba, irridet Jer. 48. dum ait. *Date flores Moab quia florens egredietur.* Quia vastabitur ab Assyriis. Oportebat hortari ad poenitentiam non flores dare. Hostis muros quatit, & floribus carpendis occupamur. Quid alii labores Basilii? Isai 1. *Principes tui infideles,*
Hebr.

Hebr. legit. *Principes tui pueridi & fatidi ut in pisce primò caput putrescit, post reliquum corpus, &c. Paulus. Castigo corpus meum, &c. Ita Basil. exemplo præibat, Cinis quamdiu jacuit, in Ægypto nihil nocuit, sed quando illum Moyses Exod. 9. in aërem jactando elevavit, velicas in corporibus produxit Ps. 11. In circuitu impii ambulat secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum Hebr. legit Hieron. In circuitu impii ambulat, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum. Id est cinis siccus sine penitentiæ lachrymis, frigidus sine charitate, tunc impii ambulat in circuitu. Greg. lib. 1. epist. 24. *Omni curâ vigilandum est, ne Regor cogitatione sit mundus, operatione præcipuus, discretus in silencio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, &c. Qui loci tui necessitate exigitur summa dicere, eadem necessitate compellitur summa monstrare: hinc Isai 40. super montem excelsum ascende qui evangelisâs Sion. Taliter egit Basilius.**

In Nativitate S. Joannis Baptistæ.

Quomodo S. Joannes triennis pervenerit in eremum refert S. Joan. Geometra Græcus in hunc modum, Postquam delusus fuisset Herodes à Magis, furorem vertit in uxorem, filios, & SS. Innocentes, quos mactavit: Christus verò evasit in Ægyptum, Elisabeta etiam cum Joanne abscondit se in eremo, quæ verò ibi acciderunt, magna & ineffabilia sunt atque incomprehensibilia, quapropter Herodes in Zachariam vertit iram, & quia Filium abscondit, & quia B. Virginem jam prægnantem collocaverat in templo inter virgines, asserens esse virginem, & tanquam ita manifestè violantem legem factelliter, occiderunt inter templum & altare, ministrantem DEO &

& sacrificantem, sanguinem sanguini commiscentes, hæc Germ. Eadem asserit Euthym. Theophilact. & Basil. hom. de humana Christi generatione. Sed quòd idè sit occisus quòd Adventum Salvatoris prædicaverit, pro apocrypho habet S. Hieron. Joannem vocat Angelum Malach. 3i. hunc Angelum dicerem eum qui stetit uno pede in mari, altero in terra. Apoc. 10. Chrysof. hom. de Joan. Bapt. *Gloriosius fuit Joanni quod cum homo esset, Angelus vocaretur, quàm si illud esset & nomine & naturâ.* De illo Cant. 2. *Surge amica mea & veni, vox turturis audita est in terra nostra.* Greg. Nyssen. hom. 5. in Cant. *Joannes turtur est, & veris præcursor, quo de radice Jesse flos prodibit.*

In Eadem Nativitate S. Joannis.

OMnes sancti gratiam DEI acceperunt, sed Apostoli copiosius ut est Rom. 8. De Moyse Eccl. 24. *Non est inventus similis illi qui conservaret legem Excelsi.* Sed Joannes etiam in utero sanctificatur, Pater Christi, quia illum baptisavit, est Propheta, Confessor, virgo, Martyr. Sed unde mos processit apud Polonos præcipuè ut per ignem cum superstitionibus aliquando excitatum saltent, artemisia herbâ se præcingant, &c. Dicam ex Polono Medico Martino Urzedov; ubi de herba Artemisia. Dianna habuit aliud nomen, Artemis, illi dicata fuit herba prædicta, & propter eam vocata Artemisia, die 24. Junii, hæc Dea colebatur saltibus per ignem, canticis, coronabatur levina dictâ herbâ, homines se eadem præcingebant, hic ergo cultus cum obscænis cantionibus, superstitionibus, est cultus Dianæ, non gaudium in Nativ. S. Joannis. Similia insinuant Constit. Synodales.

In Ea-

In Eadem Nativitate S. Joannis.

PLeraque contraria in Joannis Nativitate, evenerunt his quæ facta sunt in Nativitate Christi. In hac exultant Angeli, pastores pervigilant, Magi veniunt, stella præcedit, &c. In illa Zacharias obmurescit, Elisabeth absconditur, &c. Utique Joannes *erat lucerna*, quid tenebræ inducuntur? Erat lucerna, sed cum Sol oritur illa seponitur, verum Joannes nunquam magis lucet quam dum absconditur. Dum Joannes esset in propatulo, erat propheta Altissimi, dum absconditur *est plus quam propheta*. Nam in terra Messiam digito ostendit, mox sub terra Patribus eundem indicaturus jam morti proximus, mittit ad Christum. *Tu ne es qui venturus es?* &c. Sciebat bene hunc esse illum, quid ergo quærit? Greg. hom. 6. *Hoc, an etiam ad inferos descendere dignaberis? insinua.* Respondit illi Christus obscure sed ita ut ille caperet. *Beatus qui non fuerit scandalisatus in me.* 1. Cor. 1. *Nos prædicamus Christum crucifixum Judæis scandalum,* Greg. 1. c. *Quid ergo est dicere, Beatus qui non fuerit, &c. Nisi aperta voce abjectionem mortis suæ humilitatemque signare?* Ex quo etiam collegit animam Christi ad inferos descensuram, quia sciebat quod esset descensura, si Christus esset mortuus, cum isto nuntio prævenit Joannes ad inferos, & Patres velut lucerna illuminavit, quantum ibi gaudium? Adam diutissime penam peccati primi sustinuit, scilicet limbum, & quò aliquis ab illo remotus, breviori tempore illam passus; venit tandem Christus & has tenebras penitus abstulit, ut possimus nullo tempore post mortem perferre privationem visionis DEI, si ipsi voluerimus. Ne tamen Joannem quis putaret esse Messiam ipse se abscondit. *Non sum dignus solvere corrigiam calcamenti ejus.* Messias habebat sponsam Ecclesiam. Greg. hom. 7. *Mos*
apud

apud veteres fuit, ut patet ex Levit. Si quis eam quæ sibi competere uxorem noller, illo ei calceamentum solveret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Joannes ergo, non est meum Sponsam habere Ecclesiam, atque ita non sum Messias. Ego Redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia sponsi mihi nomen immeritò non usurpo. Greg. l. c. Ita latuit, sed interea & apud Judæos & apud Gentes reluxit, nam etiam modò à Turcis æstimatur, & hoc indicatur per illud, quia mel sylvestre & locustas comedit: ita enim hoc ipsum Christo applicando explicat Greg. in Job. Moralium 31. c. 12. Dominus quia infructuosa Gentilitatis dulcedinem sumpsit, mel sylvestre edit: quia verò Judæorum plebem in suo corpore ex parte convertit, locustas accepit, subitos saltus dantes, sed statim ad terram cadentes. Abscondit se in carcere Herodis, sed ut Chrysof. apud Barelet. Non opponas mihi Evangelistam inter ceteros magis dilectum, non Apostolorum Principem omnibus aliis antelatum, non vas electionis ad cæli tertii secreta translatum, nec Apostolicus splendor audeat occurrere Præcussori. Considera mansiones regni, & ordinem humanæ generationis obambula, solumque Joannem tum novis tum veteribus videbis præpositum. Nascitur Puer, & Ecclesia dicit. Elisabeth magnum virum genuit. Chrysol. ferm. 89. Joannes natus est ut nato in terris DEO suus Angelus non deesset.

In Ascensione Domini,

CUM Christus ascenderet, meritò admirabantur discipuli. Quia viderunt Corpus Christi naturâ grave vehi nube, quæ est solum vapor aquæ aut terræ halitus. Videbant Angelos adstantes, cælos aperiri. Prov. 30. dixit Salomon. *Tria mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo. Hoc est, dum velut Aquila suis viribus ascendit Christus. Viam navis in medio maris, dum passionis rubrum mare enavigaret. Vi-*

H

am co-

am colubri supra petram, dum velut serpens appensus in cruce, deinde è petra sepulchri refurget. *Viam viri in adolescentia, dum incarnaretur. Vadit Christus veluti Samson contractas secum deferens portas. Vadit velut David cum ense quo occidit Goliathum. In nube solitus loqui Patribus, modò illum suscepit nubes. Pro spinea corona, glorià & honore coronatur. Aspiciabant cœlum discipuli, quia Sol recedens radios retrahit: omnia verò nobis Pater dederat cum ipso. Sed non metuant discipuli. Hic qui ascendit constituitur à Patre velut Joseph Salvator Ægypti. *Dara est illi omnis potestas in cœlo & in terra. Ille cœlos referat & in illos captivam inducit captivitatem, transit sicut Arca per siccum Jordanis fundum, revidet quanta sit in cœlo vacuitas facta per Angelorum lapsum, & illam incipit implere. Hebr. 10. *En ascendis iter pandens inter nos. Parat nobis locum Joan. 14. *Vado parare vobis locum. Aliquibus locum Angelorum, aliis Archangelorum, &c. Advocat nos Luc. 22. *Ut edatis & bibatis super mensam meam. Modò sub mensa comedimus ut Adonisebec. Postquam consistet in cœlo funes demittet quibus nos ad se trahat Joan. 19. *Ego cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Inflammabit desideria nostra, sicut Sol quo altior, eò calidior. Et mittet ad nos in igne Paracletum, qui nos elevabit ut Sol nubem, hic Spiritus instar navis instituet Ecclesiam, erunt gubernatores Apostoli, arma Sacramenta, tela virtutes, Crux malus, & hanc ipse vento impellet vehementi.******

Si vidissemus ascendentem, clamassemus sicut Eliseus ad Eliam, Spiritum tuum duplicem da nobis. O quam ibi triste & lætum vale. Matri dicit, Tu interim mane pro solatio meorum. Apostolis volentibus simul ascendere. *Euntes docete omnes gentes. Magdalenæ, socia Matris meæ esto. Ecclesiæ suæ, paulò post magis refulgebis. Quia Luna quò remotior à sole magis*

magis lucet. Abacuc. 3. juxta LXX. *Exaltatus est Sol & Luna stetit in ordine suo.* Sol quo magis recedit à terra, magis calefacit, vivificat, ut patet æstate, initio pauci credebant, postea multi. Jam ascendit in cœlum, si pervenit una ad portum navis, spem bonam habent & alia. Si Dux evasit in arcem à se oppugnatam sperant & milites. Job. 36. *Ut annuntiet de ea amico suo, & quod sit possessio ejus, & quod possit ad eam ascendere.* Micheæ. 2. *Pandens iter ante eos.* Cyrill. lib. 5. de orat. *Primus ascendit ad Patrem instaurans nobis aditum ad cœlum.* Sicut arca ad Jericho & per Jordanem. Jam ergo, *Quæ sursum sunt sapite,* &c. Isai. 49. *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur Filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego non obliviscar eui.* Sed Pf. 23. *Quis ascendet in montem Domini, &c. Innocens manibus, &c. Quid itatis aspicientes, quid otiamini?*

In Festo SS. Petri & Pauli.

Ædicaturus Moyses tabernaculum, assumpsit artifices Beseleel & Oliab. Aug. in Pf. 41. *Tabernaculum Christi in terra, est Ecclesia adhuc peregrinans.* Faldensis, Beseleel & Oliab, sunt Petrus & Paulus, qui duo ædificârunt Ecclesiam Christi. Beseleel idem est ac umbra DEI, Oliab, protectio Patris. Umbra DEI Petrus, umbra Petri sanabat ægros, Umbra. *Beatus es Simon Bariona, hoc est Filius columbæ.* Christus DEI Patris Spiritus S. columbæ. Hieron. l. 3. in Matth. 16. *Ex confessione sortitur vocabulum, quod revelationem ex Spiritu S. habeat, cujus & Filius appellandus sit.* Et sic est umbra quædam Filii Paulus, à DEO in tot periculis protegatur, de utraque S. Maxim. hom. 5. *Cujus sine meriti Beatissimus Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere; quod cum Dominus Orientis regionem propriâ illustraverit passione; Occidentis plagam, ne quid minus esset, horum Apostolorum sanguine*

H 2

illumi-

illuminare dignatus est. Hinc quanta spes nostra. Miserat Josue in terram promissionis exploratores, retulerunt ibi esse gygantes, respectu quorum ipsi essent veluti formicæ: si dixissent, quod isti Gygantes adjurari illos erant in occupanda terra illa, quanta fuisset spes? Petrus & Paulus in meritis gygantes, sunt pro nobis in expugnando cælo, quia ipsi ædificant Ecclesiam. Dum Petrus Romæ moraretur, ut est in actus ejus passionis, adstiterunt illi Angeli cum rosas & liliis, & Christus cum libro aperto, quasi diceret, quod inseribam libro vitæ tam Martyres quam Confessores, per te id factum. De Pauli abscisso collo fluxit lac in signum ejus, quod Ecclesiam lactaverit ut adolesceret. Quantus verò gygas Paulus, audit Chrysof. in præm. epist. cap. 4. *Paulus omnium virtutum fuit arca, adeo ut etiamsi quis contra eum rotam justorum eborum sigillatim appendat, inveniet trutinam virtutum ponderibus à Pauli parte depressam.* Paulus Doëtor Gentium, Petrus caput Ecclesiæ, Pauli circa Ecclesiam labores describit Chrysof. hom. 4. de ejus laud. *In tantum virtute progressus est, ut vix triginta annorum spatio, Romanos & Persas, Parthos & Medos, & Indos: Scythas & Athyopes: & Sauromatas, & Saracenos, & omne profus humanum genus sub jugum mitteret veritatis.* Ambo Ecclesiæ protectores: ambo stiterunt persecutionem Ethnicorum dum M. Constantino apperuerunt: ambo S. Leoni contra Attilam strictis gladiis adstiterunt ut Baron. tom. 6. Scribit Fabianus Justinianus Episc. Adiacen. in cap. 4. Tobie. In Corsica in mea Diæcesi sunt morbi qui jumenta invadunt, & si unum iis corripiatur, omnia pereant, est verò templum S. Petri ad Melam oppidum, cujus si clavis uni jumento appendatur, omnia sanantur. Ita verificatur, *Homines & jumenta salvabis.* Uno verbo sunt isti duo, columnæ duæ quæ ducunt populum per desertum: Paulus ignea, quia Gentium noctem illuminat: Petrus columna nubis, quæ De

De S. Paulo.

Micheæ 5. *Et tu domus Esfrata non es minima inter Principes Juda.* Ambr. Epist. 18. *Esfrata domus furorem videns, hoc enim habet interpretatio istius nominis, &c. Quia in Esfrata & peperit Rachel Benjamin specie superiore, mysterio posteriore, Paulum scilicet qui antequam generaretur non minimos Matri prestitit dolores, &c. Et in paucioribus est, quia pauci sunt qui intrant in domum panis (Bethleem) per angustam viam. De Juda quoque tribu est Bethleem, ut docet lib. Judic. 19. Cum dolore Matris natus est Paulus quia persecutus Ecclesiam, & de se potest dicere quod ille: 1. Reg. 4. *Ego sum qui veni de pralio, qui de acie fugi hodie.* Greg. in 1. Reg. lib. 3. c. 1. *Quasi in pralio se fuisse memorabat, qui dicebat Gal. 1. Audivistis conversationem meam in Judaismo. Heli Sacerdos, vetus corruit, arca cecidit, &c. Militavit contra Ecclesiam, Ananias non credidit illi quod fugisset, in die fugit, quia lux illum de celo circumfulsit, uterque Filius mortuus. Sicut Heli Sacerdoti accidit, id est uterque ordo Sacerdotis. Plaga magna in Israël facta quia rot damnantur, arca capta, quia vetera Sacramenta exinanita, Cecidit Heli de sella quia extolli desinit de doctrina, cadit juxta ostium, quia Joan 10 Christus dicit. *Ego sum ostium, cecidit Saulus quando Christus dixit, Saule, Saule, quid me persequeris? Persequebatur Ecclesiam & inprimis Stephanum.* Greg. l. c. *Lapidantium Procomaryrem vestimenta servabat, & velut omnium manibus lapidabat qui expeditos ad lapidandum omnes reddebat. Conversio autem B. Apost. Pauli facta est ad proverbium peccatoris. Audiat unusquisque peccator B. Pauli conversionem & non desperet de criminum multitudine. Sed jam videamus qualis surrexerit.* Greg. hom. 21. in Ezech. *Vultis fidem videre. Philipp. 1. Mihi vivere Christus est & mori lucrum. Vultis vitam cognoscere***

gnoscere? Gal. 6. *Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Vultis patientiam audire? 1. Cor. 4. Usque in hanc horam instabiles sumus, &c. Vultis benignitatem cognoscere? 2. Cor. 12. Ego autem libentissime impendar & superimpendar pro animabus vestris. Inde proveniebat quod de illo Greg. Moral. 30. c. 8. Predicando Paulus vult omnia simul docere, amando vult omnes simul videre, quia & in carne permanendo vult omnibus simul vivere, & de carne transiundo per sacrificium fidei vult omnibus prodesse.*

In Visitatione B. M. Virg.

Abit S. Virgo cum festinatione, & quidem ut S. Bonav. Vespere ab Angelo salutata, statim mane sequenti processit, varii affectus in prægnantibus excitantur propter fetum quem gestant, idem in B. Virgine videtur accessisse, Filius in opere festinus Isai 26. *Ascendit Dominus super Cherubim, & volavit super pennas ventorum. Pl. Exultavit sicut gygas ad currendam viam suam.* Sicut Medicus dum ad ægrum periculosum properat, sicut 4. Reg. 4. missus Giezi ab Elisæo ad resuscitandum mortuum. Ita modò ut quamprimum succurrat Joanni & liberec ab originali peccato, excitat in Matre festinationem. Origen. *Festinabat Christus qui in utero illius erat, sanctificare Joannem.* Non cessavit in S. Virgine hoc desiderium succurrendi peccatoribus. Est *Aurora consurgens* quæ solem præit, & simul *pulebra ut Luna.* Quæ noctu lucet etiam bestiis. Hinc discamus quàm fædum sit peccatum, cum ita properet, ut ab eo Joannem eripiat, certè cum Rex festinat ad aliquam domum privatam & quidem pedes, debet esse causa gravissima.

In Fe-

In Festo S. Mariæ Magdalenaë.

DUM Sancta ad pedes Christi procubuit, impletum est quod Abac. 3. *Egredietur diabolus ante pedes ejus.* Erant in Sancta septem dæmonia, ista sunt egressa cum audivit: *Dimittuntur ei peccata.* Bern. serm. 6. in Cant. *Ubi peccatum remittitur, ibi procul dubio diabolus ex cor peccatoris ejicitur, sed idem serm. 1. ibid. Si dixerit mihi JESUS dimittuntur tibi peccata tua nisi ego peccare desero, quid proderit?* Hoc utrumque sit nobis in exemplum, & DEI bonitas ostensa peccatrici, & peccatricis pœnitentia.

Dicitur Christus ex Magdalena septem dæmonia eiecisse Greg. hom. 33. *Quid per septem dæmonia nisi univèrsa vitia designantur? quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero univèrsitas designatur.* Sed nunquid latrocinata, nunquid furata, &c. Solum invenimus quod luxuriæ vacaverit, quomodo hic univèrsa vitia? explicabit hoc nobis S. Cypr. de Singularit. Clericorum. *Omnis inconueniens sodalitas mulierum gluten est delictorum, & viscus toxicatus quo diabolus aucupatur.* Cùm dæmon ad libidinem perduxit in visco hominem, habet veluti avem, quâ pro suo placito utitur, & in univèrsa vitia inpellit. Inprimis ad hoc inducitur ut vitium in sui formatione adscribat DEO, hinc fucos hinc colores adhibet, Cypr. de habitu Virg. *Dominus dicit Matth. 5. Non potes facere capillum nigrum aut album, & tu ad vincendam Domini tui vocem vis te esse potiorum?* &c. *Malo presagio futurorum capillos jam tibi flammeos auspicias.* Eo tempore mulieres affectabant flavos capillos, Avis pingunt facies, &c. *Non metuis ora quæ talis es, ne cum resurrectionis dies venerit, Artifex tuus te non recognoscat? ad sua præmia & promissa venientem removeat, & excludat, increpans vigore*

vigore

vigore Censoris & Judicis dicat. Opus hoc meum non est, non est imago nostra, &c. *DEUM* videre non poteris, cum oculi tibi non sunt quos *DEUS* fecit, sed quos diabolus infecit? illum tu sectata rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es, do inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Jam ulterius inducit luxuria ad quandam idolatriam. Greg. lib. 6. in Reg. 15. cap. 2. *Reprobis* mentibus magnum non est immunda cogitare, sed coram *DEO* peccatum parvum non est in templo *DEI*, hoc est in regenerato spiritu, immunda reponere. In templo fordes aliquas, lupanar collocare quis non putat esse maximum crimen? clamat Paulus. An nescitis quia templum *DEI* estis. Luxuria facit *DEUM* non cognosci. *Osee* 5. ut legit *S. Greg.* Spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. Perjuria, cædes, neglectum rerum sacratarum, contemptum Parentum, ut totum Decalogum non excutiam, patet quomodo, luxuria impugnat, sed etiam ipsius corpus quem mulcet invadit & jam ad hoc Ethnici testimonio utar, Seneca epist. 95. *Miraris tot ubique debiles esse: morbi luxuria supplicia sunt.*

Jam ad Sanctæ pœnitentiæ, sed quid de ista loquar? *Greg.* hom. 33. *Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentiâ, flere magis libet quam dicere.* Sed tamen dicendum est, quia idem addit. *Cujus enim vel saxæum pectus illa hujus peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? consideravit quid fecit, & noluit moderari quid faceret.* Hic videte quid facit in domo Simonis, quid deinde in eremo. Hic simul consideremus, quod licet *DEUS* nulli desit, ut in eadem domo non defuit Phariseo, imò fortè plus fecit Phariseo, dum illum ex ore suo convicit, ut dixerit, plus existimo diligit, cui plus dimittitur, ut *Greg.* l. c. factus est, quasi phreneticus funem portans ex quo ligetur. Non est conversus, licet ligatus neque est conversus, propterea. *Unusquisque per se quo debito constringitur, quando illum DEUS expectat, ne conterritus exasperetur.* Subjicit pedibus capillos, sicut victori subjicit victus

victus vexilla, fuerunt capilli arma contra Christum &c. Un-
git modò pedes, unget postea totum corpus. O quæ felicitas
Magdalenæ! Bern. serm. de divers. affect. Animæ. *Sunt qui-*
dam nolentes peccare, cum jam respicere vellent nisi peccati consuetu-
dine miserabiliter obligati iusto DEI iudicio quo in sordibus sunt sordescant adhuc. Recipit Christus cum omni amore pœnitentem,
nam & Lazarum resuscitatum admisit ad mensam, & ipse facit
quod Isai. 21. præcepit Judæis, ut scilicet redeuntibus è capti-
vitate Babylonica obviam irent cum pane & aqua. Petro qui
se negaverat, jubet specialiter suam resurrectionem annuntiari
de quo Græg. *Vocatur ex nomine ne desperet ex negatione.* Agit si-
cut cum avicula auceps, quæ è cavea evolavit, Osæ 9. *Ephra-*
im quasi avis evolavit. Laborat ut rursus capiat, si revertatur
non eam castigat. Ezech. 18. *Agite pœnitentiam & non erit vobis*
iniquitas ad ruinam. Non erit peccator sicut mercès perditæ in
mari, sed erit sicut domus ex lapidibus facta, quæ si corruerit,
ex iisdem lapidibus rursus reædificabitur. Job. 22. *Si reversus*
fuertis ad Omnipotentem ædificaberis, & longè faciet iniquitatem à ta-
bernaculo tuo, dabitque pro terra silicem, pro hoc ædificio ut sit
stabilius quam antea. Et pro silice torrentes aureos. Sunt aliqui
qui in desperationem labuntur, dum illud Isai. 6. considerant.
Vade & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere, &
videte visionem & nolite cognoscere, excæca cor populi huius, & aures
eius aggravata, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auri-
bis suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.
Et dixi, usquequò Domine? & dixit. Donec desolentur civitates abs-
que habitatore, & domus sine homine, & terra relinquatur deserta. Sed
audite quid est ista obduratio, quid excæcatio? *Est prava ani-*
mi nostri affectio, quâ quis in malo suo proposito obfirmatus,
DEO præcipienti ut aliquid fiat, aut eidem corripienti parere
non vult. Ex nobis excæcatio, obduratio, & causæ huius com-
muni-

munitur quatuor ponuntur. Homo non obstans principiis, in peccato permanens, dæmon ad malum instigans, demum ista fieri permittens DEUS, ex his illa excæcatio nascitur. Prov. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnet.* Ex homine ipsius obcæcatio. Aliqui apud Salazar hunc locum ita legunt *Impius cum in centrum peccatorum venerit contemnet.* Quia res in centro conservatur, quiescit, unitur, sicut lapis si ad centrum terræ deveniret, à centro in nullum latus moveri nisi violentè non posset, ita in peccatore conscientia tumultuatur, jam quiescit, contemnit pœnitentiam, pœnas inferni, inde sequitur conservatio, quædam vana fiducia, & ut Aug. 8. Confess. 5. *Ex voluntate perversa facta est libido, & dum libidini servitur facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur facta est necessitas.*

In Festo SS. Petri & Pauli.

Multum nobis boni attulit Petrus, multum Paulus, Petrum dicunt ad se Pontifices spectare, Episcopi, Parochi, Religiosi: Paulus est Doctor omnium. Petrus à Domino obtinuit declarationem præmii, quod manet Religiosus. *Ece nos reliquimus omnia, centuplum accipietis.* Obtinuit claves Regni cælorum per confessionem Christi Deitatis. *Tu es Filius DEI vivi: Tibi dabo claves regni cælorum.* Dedit societati nostræ Patriarcham, primum miraculum fecit sanando claudum, ut est in Act. & hoc modo plures ad Christum traxit; sanavit S. P. N. Ignatium pedibus Pampelone læsum, & multos in toto orbe convertit. De Paulo Chrysof. hom. 1. de ejus laud. *Non tres aut quinque urbes, sed orbem universum de diaboli extorsit manu, &c. Et tot propriis mortibus maximam securitatem aliis comparabat, &c. Job domus omni advenienti aperiebatur, Pauli verò anima universo patebat orbi.* Idem hom. 2. de eod. *Paulus Tyrannus ac populos*

populos spirantes furorem velut quosdam culices existimabat: mortem vero & cruciatus, & mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum &c. Tanquam pennatus totum pervolarit docendo orbem, & velut corporis expers labores omnes periculaque contempsit. Petrus reliquit nobis pulcherrimum exemplar poenitentiae, negaverat Christum, in domo Caiphæ, respexit eum Christus, & nihil ipsi dixit, at ille ut Bern. in Cant. serm. 57. *Respexit Petrum & non fecit ei verbum, & fortassis ideo flevit ille, quia respiciens se, tacuerat.* Sed etiam tota vita flevit quoties galli cantum audivit Joan. 21. quando Christus in mari comparuit Bern. 2. de Consideratione. *Petrus sciens quia Dominus, in mare se misit, & sic venit ad ipsum aliis navigio pervenientibus, quid istud? nempe signum singularis Pontificii Petri, per quod non navem unam ut ceteri quique suam, sed seculum ipsum suscipit gubernandam, mare enim est seculum, naves Ecclesie, particulares.* Toti mundo suam proponit poenitentiam. Ambr. serm. 46. Dum advertit quod Petrus dum eum in domo Caiphæ Christus respexit, nullum verbum fecerit, sed tantum fleverit, ita commentatur. *Ideo Petrus non utitur sermone quo sefellera, quo peccaverat, quo fidem amiserat, ne ei non credatur ad confitendum poenitenti, ac per hoc mavult suam causam flere quam dicere & quod voce negaverat, lacrymis confiteri.* Tantus pudor dolori adjunctus. Petrus voluit sursum pedibus crucifigi in tali tamen loco ex quo ferè totam potuit spectare Romam: de Pauli collo resecto lac fluxit, de quo Ambr. serm. 68. *Que quidem res in S. Paulo stupenda non est, quid enim mirum si abundat lacte nutritor Ecclesie, sicut ipse 1. Cor. 3. lac vobis potum dedi?* Decollatus fuit in eo loco ex quo Romam videre non potuit, lac ergo reliquo: Petrus ad exitum animæ suæ gregem suum spectavit. Quot ornamenta in cœlo habet Petrus, quot Paulus? Paulus adhuc in hac vita ut de eo Chrysof. hom. 2. *Decorabatur vincula catenâ magis quam diademate coro-*

natus &c. in terra graditur. Sic se agebat in cunctis quasi Angelorum societate fruere. Et hom. 7. Paulus catenâ pro torque ornatus vinculisque suis, vulneribus, & verberibus longè splendidior est diademate purpurarum fulgentibus. Et hom. 8. Delectabat quicumque eum propter Evangelium vulnerabat, &c. Non minus plagis suis gaudens quam aliis triumphis, nec aliter delectatus naufragus, quam alter acquisitus solet gaudere thesauris. Si hoc in terris, quid in cœlis? fluunt etiam hodie fontes quos caput Pauli amputatum Romæ excussit, & lactis saporem retinent, atque magis gloria Pauli quam suâ sunt aquâ pleni. Sunt columnæ ibid. quarum uni Petrus alteri Paulus fuerunt alligati, osculis honorantur, catenæ Petri & Pauli tam ex amore mutuo quem inter suo habuerunt, & quem testati inter se osculo dum simul ad mortemeducti, sed illam diverso loco subituri, sunt divulsi. Greg. hom. 18. in Ezech. Gal. 2. Cum venisset Petrus Antiochiam in faciem ei restitit, erat reprehensibilis, & simulationi eius consenserunt ceteri Judæi. Videtur hic dissensio, sed hæc dissensio, maxime Petri erga Paulum ostendet amorem. Idem verò Apostolorum primus cum multa discipulos admoneret atque à quibusdam detrabi Pauli scriptis agnosceret, dicit 2. Pet. 2. Sicut charissimus noster Frater Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vob. Laudat ea scripta, & in illis agnoscit sapientiam cœlestem. Ecce Paulus in epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, & ecce Petrus in epistolis suis asserit Paulum, in his quæ scripserat admirandum, &c. Non revocat in memoriam quod prior ad Apostolatam vocatus, non quòd claves regni cœlestis acceperit, &c. Quis rogo nostrum, si vel extremum aliquod signum fecisset (id est miraculum) à minori fratre increpatum increpationis verba patienter audiret? &c. Pensemus, Paulus Apostolus qui tantum patiens fuit inter persecutores, quantum mansuetus inter discipulos? &c. Dedit Christus in hac vita nomen suum. Ambr. serm. 84. Sicut à Christo Christianus dicitur, ita & à Petra Christo Petrus Apostolus

stulus vocatur, Petra autem erat Christus. Dedit Paulo, quia ex Saulo vocavit Paulus. Quæ in cælo dedit nomina ubi dat cuique nomen novum, ut est in Apoc.

In Festo S. Jacobi Apostoli.

MOs erat apud Judæos in conviviis, ut non se cogerent ad æquales, sed cuique calix apponeretur tantus, quantum illi suffecturum putabat Architrictinus, hinc proverbium enatum de calice. Calix hic à DEO diversus datus diversis. Greg. lib. 12. epist. 61. ad Mauritium Imp. qui prohibuerat ne milites fierent Monachi, sic ait. *Plerique sunt qui nisi omnia reliquerint, salvari apud DEUM nullatenus possunt.* Aliis calix alterius status, alia vocatio offertur: hic finis noster ad quem actus nostros dirigere debemus; salus nostra, quam consequemur: per calicem nostrum non alienum. Basil. Selev. hom. 24. de legendis libris Gentil. *Finem respice & ejus gratiâ cuncta facere, proprium nisi brutis æquiparari velis, oportet.* Si hunc calicem biberis, dabit DEUS necessaria, ut illi satisfacias. *Elegerunt Stephanum, &c.* Accepit hunc calicem, *faciebat prodigia, &c.* Occumenius. *Qui ante electionem non faciebat prodigia, ut qui ante nec satis cognitus erat, ubi per electionem effectus est, tum enim donum quod electionem consecutum est, demonstrabatur.* Econtra alii dum novum calicem sumunt, ad quem DEUS vocat, in multa incidunt mala. Accidit enim sæpè quod illis duobus, quorum unus erat sapiens alter stultus dum ibant peregrè, inciderunt in bivium, una via fuit aspera, altera suavissima, volebat sapiens per asperam ire, dissuasit illi stultus, securus sapiens stultum, inciderunt ambo in latrones, qui jam à Judice quærebantur: capti latrones, & illi: Judex omnes supplicio jubet affici, excusat se sapiens dicendo, iste me stultus decepit, tantò magis meritis es mor-

tem quia cum sis sapiens stultum es secutus, ita fit, carnem stultam sequimur, & perimus, atque etiam ipsa temporalia amittimus. Laur. Justinian. de Agone cap. 7. *Facile quisque quod acquisivit amittit, si non vocatus se inconsulte exponat.* Ad quam sublimem statum Dominus vocavit Jacobum cum illi eundem calicem quem ipse bibiturus erat, dedit, & quomodo illum Jacobus ebidit, &c.

In Festo S. Annæ.

Eodem modo DEUS mundum reparavit, ac creavit. Initio mundi creavit DEUS cœlum & terram, initio reparationis Joachim & Annam. Ille cœlum, Philip. 3. *Nostra conversatio est in calis.* Anna licet non minus sancta, terra est, de qua egressa est Virga de radice Jesse. Terra erat vacua & inanis, Anna sterilis. Tenebræ fuerant super faciem abyssi, utriusque tristitia. Spiritus Domini ferebatur super aquas: ad lacrymas utriusque missus Gabriel qui illos consolatus. Dixit DEUS, fiat lux. Nascatur Filia in qua non erunt tenebræ peccati. Vidit DEUS lucem quod esset bona, B. Virgo bona est omnibus.

In Festo S. Ignatii S. JESU

Sicut Benjamin inter Fratres minimus fuit, ita Religio fundata à S. Ignatio minimam se appellat. Benjamin natus inter maximos dolores Matris, Societas inter maximam Ecclesiæ afflictionem quam passa propter hæreses. In Benjamin fisco absconditus calix ex quo solebat augurari Joseph. Figura Christi fuit Joseph, hic in Societate abscondit suum calicem, ut non pateat aliis licet sit. Sed tamen ille est calix ex quo Joseph augurari

gurari solébat. Videmus quid Ignatio, quid ejus societati sit auguratus hic Joseph, scilicet Christus.

Auguratus imprimis Sancto profundissimam humilitatem. Unde Sanctus audacter dicebat. A nullo sibi minus vitio timere quàm à vanitate, interea tamen tam attentus fuit ne quid in ejus laudem redundaret, ut dum ejus Confessarius coram aliis aliqua de illo gloriosa dixisset, non amplius illius operâ usus. Confessarius ille optabat ut saltem unâ horâ superviveret S. Ignatio; qui de illo possêt admiranda quædam dicere, favet DEUS Ignatio quia citius ille Confessarius mortuus. Plane agebat Sanctus ut S. Paulus, certus hic fuit de sua prædestinatione, tamen *Castigo corpus meum*, &c. Certus Sanctus de humilitate, tamen omnia abscondebatur. Antequam fundaret societatem ostendebat suas virtutes in mortificationibus, cum eam fundavit, abscondit, si certus de suâ humilitate, ergo felicior quàm David qui numerando populum lapsus in superbiam. Excusat Davidem Ambr. *Quid miramur semel lapsum & eo peccato quo Angeli lapsi?* Igitur Angelis firmior Ignatius, superbiunt multi ut Nabuchodonosor. Nonne hæc est Babilon. quam feci? nonne hoc meum opus, &c. Omnis lapsus origo superbia, quod aliquis deveniat ut sit veluti bestia in moribus, ex superbia est, ut patet in Nabuchod. Unde ira? ex superbia, cur me iste contempsit?

Societati id auguratus. *Nomen meum erit in te*, cum quis admittitur in familiam nobilem ut eo nomine possit gaudere, etiam gaudet viribus. Hinc revelavit S. Teresiiæ & S. Francisco Borgia non damnandos eos qui in Societate morentur. 2. Revelavit S. Magdalena de Pazzis quod eo tempore nulla religio fuerit sanctior. 3. Revelavit Cordubæ cuidam Moniali quæ vidit cujusdam & Societate Fratris animam in cœlum duci ab Angelis, & Christum illi euntem obviam, quod taliter
singuli

singuli qui in Societate moriuntur in coelum inducantur. 4. P. Henricus Garnettus in Anglia pro fide occisus, vidit quod B. Virgo totam Societatem suo pallio protegeret. 5. Landulfus Carthus. & Hugo Victoria qui vixerunt ante Societatem, asserunt omnes, ut in terra à Christi Christianos, ita in coelo à JESU dicendos Jesuitas, & quod in coelo nomen novum ceteri expectant, jam Societas habet in terra. 6. Quod quem calicem bibit Societas, eundem sibi porrigi ab hominibus Christus censébit. Dum è carcere Romano abiret Petrus, occurrit illi Christus, suam reputavit. Dum S. Ignatius iret Romam, apparuit illi Christus spinis coronatus, crucem portans, & dixit. Romæ vobis propitius ero. Ait Ambr. Orat. ad Auxentium, ubi supra citatum de S. Petro historiam adduxit. *Christus non poterat iterum crucifigi, intellexit ergo Petrus quod iterum Christus esset Crucifigendus in servulo. Nam si illius cibus erat ut faceret voluntatem Patris, idem cibus illius est ut nostris passionibus epuletur.* S. Ignatius hoc ipsum intellexit de afflictionibus quas erat passurus, sed in eo Christus patitur. 7. Quando DEUS S. Paulum vocavit in Societatem Filii sui, ut ipse loquitur, dixit de eo. *Hic portabit nomen meum coram Gentibus & Regibus, &c.* Bellum susceperat David contra Amalecitas, dum eos prosequitur invenit quendam Ægyptium infirmum, & illo ductore vicit hostes. Christus Ægyptium Ignatium, Ægyptios vocat S. Antonius & alii mundanos, reperit infirmum ex vulnere in arce Pampelonensi, eo ductore debellat mundum. Et istæ sunt stellæ. 7. in manu Christi, ut est in Apoc. & istæ dum post mortem corpus S. Ignatii transferretur visæ sunt tumbam prosequi. Occurrunt nobis monstra ut Goliath, difficultates, meminerimus nomen Domini esse nobiscum. Puer David in nomine Domini dejecit Goliath. Christiani sumus, in nomine JESU superavit Ignatius difficultates. Videntur quædam nostras vires

vires superare, sed solem stetit Josue sive JESUS. Basil. hom. de transfigar. *Sol stetit ob reverentiam tanti nominis*, *Gloria Musica* Josue dejecit Muros Jerichontis, & hoc est in nomine JESU agere. Alterum est pro JESU pati. Josue non vocabatur JESUS, sed filius Osee, donec Deut. 18. Jussu Moysis fuisset cum Amalecitis pugna congressus, in quod Origen. *Hic primo audio nomen JESU ubi magna oportet facere*. Sed & agendum & pauca dum in JESU, hoc est, in ejus gratia propter JESUM, non nostram gloriam quaerendo. Cum aliquid facturi sumus, cogitemus an nos hoc JESUS facere juberet? inebriari, &c. juberetne? Sancti eligebant sibi aliquod symbolum, quod veluti nauæ in mari Cynofurram respiciebant. S. Franciscus Seraphicus, *Noverim me, noverim te*. S. Franc. Xav. *DEUS meus & omnia*, &c. Ego suaferim eligatis. *Itane JESUS egit?* hoc S. Ignatius habuit, nam in ejus vita scribitur. *Si duo æque gloriam DEI respiciunt, &c. Eligerem illud in qua plus est contemptus, ut similis JESU fierem*. Hic jam moderemini, hic me sprebit, hic contumeliâ affecit, &c. Itane JESUS egit cum illi similia contigerunt.

De Eodem.

EX tribus solent æstimare sanctitatem alicujus, ex mortificatione sui tam quoad interna quam quoad externa: ex donis DEI & miraculis: ex magnis laboribus pro DEI gloria. Hæc omnia in S. Ignatio abundè fuisse ostendo. In primis quoad mortificationem corporis, præstitit id quod præstare potest homo, jejunavit 4. 6. aut etiam octo diebus continuis nullum sumendo cibum aut potum, jejunavit toto anno in solo pane, aquâ, præter dies Dominicis, quibus aliquid herbæ cinere conditæ addebat, pro cingulo usus spinis, pro lecto

K

lapide

lapide, præter spinas cingebat se carenâ ferreâ aculeatâ, & alteram similem ad flagellandum corpus suum quotidie adhibebat, quinquies peregrinationes longas obivit ad sepulchrum Christi, Romam, Compositellam, ad montem Serratam, &c. Oratio de genu quotidie horis septem. Dimisit aliquid ex voluntate DEI de isto rigore qui magis Eremitæ convenit, quàm illi statui, ad quem DEUS Ignatium vocabat. Quia ut Greg. lib. 4. in 1. Reg. 3. *Qui magna carnaliter exhibet, affectum charitatis non curat.* Retinuit tamen ex his mortificationibus tantum quantum status hic novus admittebat. Et nunquam aliquid de internis quæ sunt multò difficilliores dimisit, imò illas vehementer auxit. Magna hæc fuerunt quæ circum corpus egit, magnum erat nato in Domo illustri, educato in aula Regia, animi magnitudine pleno, indui sacco, & ita mundo comparere: sed majus id erat fecisse tunc quando maximè cavillis patebat, id est, post amissam Pampelonam, virum militiæ clarum inter pueros in Schola & templo confidere, Magistrum arbitrio subijci, ostiatim mendicare victum, &c. Sed hæc condebant solatia interna, ergo & istis se abdicat. Pro magno Ecclesia reputat quod sine his solatiis S. Tereffia & S. Rosa Limana per annos plures DEO servierint ferventes: & Ignatius illa veluti tentationes ultrò à se removebat dum studeret, & amplius progressus, malebat incertus beatitudinis vivere serviendo gloriæ DEI & proximorum salutî, quàm certus ejusdem statim mori.

Veniamus ad bona illi à DEO collata statim in incipem Apostolorum DEUS ad Ignatium mittit ut illum sanet. Venit B. Virgo & tollit omnem libidinis sensum, quod nec Hieronymus inter eremum, nec Sanctissimi multi viri post multos labores habuerunt, unde se aliqui igne, urticis, &c. conficiebant, ut eum obtunderent. Dicitur eadem B. Virgo
homini

homini tunc illiterato libellum Exercitiorum, & docet ejus usum, dictat deinde Regulas. DEUS Pater Filio Ignatium recommendat, Spiritus S. tanquam in Apostolum in igne descendit. In raptu ut Paulum, sed octiduo, mysteria altissima edocet adeò clarè, ut si deinceps sacræ literæ non extarent, si orbis à fide vera deficeret, adhuc ex iis quæ illi Dominus patefecerat, solidus in fide permaneret. Christus illum quadragies minimum visitat. Globus igneus supra caput Missam celebrantis sæpius conspicitur, vultum ejus cœlesti luce radiantem S. Philippus Neri alique conspexere. Simul comparet Romæ & Colonix, in dæmones exercet mirum imperium, quod ipsum imagines hætenus faciunt, quod ipsum etiam aqua quæ vocatur Ignatiana. Mortuos excitat, aridos sanat, obstinatum Judæum illo verbo convertit, *mane nobiscum Isaac*. Dum ad funus deducitur, stellæ in aëre proximò comitantur. O quanta habuissimus de Ignatio, si Confessarius ejus cui sua revelavit, aliquamdiu illi supervixisset, qui de illo se admiranda dicturum promittebat? certum est ex ipsius sancti ore quòd plura & majora DEUS illi fuerit largitus, quàm in omnium sanctorum vitis ad nos pervenerint. Infans ejus festum postridie primò futurum miraculosè Calari prædicit. Quærite quæ in Sicilia dum ex imaginis ejus chartacæ digito sanguis fluxit, quæ in Germania circa puerperas, quæ alibi circa ignes, morbos &c. operatus.

Venio ad labores ejus pro DEO & Ecclesia. Totum mundum statim aggressus, Hæresi Ethnicæque superstitioni bellum indixit, & successit continuatum, &c. Mores Catholicorum restauravit, adeò ut Baronius Societatem ab eo institutam vocaverit Anartarim, id est, resurrectionem. *Ab ipso Sacramentorum frequentia*, &c. Omnem statum ad virtutem provexit, ex ejus exercitiis S. Carolus Borromæus profecit, ejus doctrinæ S.

næ S. Philippus Neriſus ſuam adſcripſit ſublimem contemplationem. Illius filius ſe aſſeruit multum debere S. Tereſſia & S. Magdalena de Pazziſ. Illi totum tribuit S. Franciſcus Xaver. & S. Franc. Borgia. B. Stanisl. Koſtka, B. Aloyſius, &c. Illi curæ damnati ad mortem, ægroti in noſocomiis, &c. Complexus ſuo labore omnem locum, carceres, triremes templa, pagos, &c. Europam &c. Germaniam &c. Omnem modum, confeſſiones ſacras, libros, Conciones, catecheſes, Scholas, in quibus cum docentur literæ, pietas inſtillatur, Miſſiones, &c. Omne tempus, dum nos dormimus, in alio orbe fiunt Miſſæ, &c. Per omnes ſuos, nam laborant Cherci in Scholis & catechiſmis; Coadjutores temporales orant pro ſucceſſu aliorum laborantium. Statim è primis ſociis, S. Franc. Xaver. regna integra convertit. Simon Rodriquez ita ſtrenuè in Luſitania rem egit, ut ab eo tempore ibidem Apoſtoli vocemur, & illi, ſi humanæ fides hiſtoriam, gratia miraculorum adſcribitur, Jacob Laynez in Concilio Tridentino tantam oſtendit ſapientiam, ut illo ægrotante Concilium vacaverit, & aliaſ columba ſupra caput ejus intra Miſſam dicitur viſa. Petrum Fabrum poſt mortem quidam inter Seraphinos conſpexerunt. Nicol. Bobadilla tam gravis fuit hæreticis ut eum publico decreto vitandum conſtituerint, Broëtus ſuſtinuit Nuncii Apoſtoli in Hibernia perſonam. Codurii animam ipſe S. Ignatius vidit in cœlum ab Angelis deferri; pares iſtis & reliqui duo, Claudius ſpretis Infulis, &c. Succeſſerunt hiſ tot in India & Anglia & alibi qui uſq; ad profuſionem ſanguinis laborarunt, & alii etiam inter pericula apud Barbaros & Hæreticos laborant. Quare S. Ignatium vocabat Marcellus 2. Pontif. inſtrumentum DEI velociter operantis. Urb. 8. Atlantem Eccleſiæ, ſed & ipſe Chriſtus ut ſcribit Andr. Lucen. cuidam Eremitæ qui dum videret à Sancto acceptari pro Collegiis redditus, &c. Propterea que illum contemneret, dixit. *Quem tu contemnis eſt mihi vas electionis ad ſalutem*

multorum plenum Apostolico spiritu. Et hic servire potest illud scripturæ. *Non contemnendum putes, est nomen meum in illo, & illud. Ecce servus meus nomine meo vocari eum.* Quia ipsemet Christus nomen suum imposuit ejus Religionis nomen quod continet in se magna, neque ullum nomen quod à DEO imponitur, diffidet à rebus. Quærit S. Bern. serm. i. de Circumc. cur ali-quod nomen ex iis quæ prædixit Isai. non sit Christo imposi-tum. *Vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Princeps pacis, Pater futuri sæculi, &c.* Ubi est nomen JESU? responderet. *Fortè in his omnibus unum illud invenies sed expressum quodammodo.* Admirabilis Societas, &c. Sed illud quomodo intelligemus? Datum nomen JESU in circumcissione, at Paulus dicit. *Humi-liavit semetipsum factus, &c propter quod illi dedit nomen, &c.* Uti-que dedit ante crucem, sed per crucem illud meruit. Dum affli-gitur Societas tum in illa maxime ostenditur nomen istud, tum illi maxime propitius JESUS. Jam si nomen suum dedit, etiam sui nominis privilegia dedit sicut & homines qui in suum nomen adoptant. Revelatum S. Tereffiæ & S. Fr. Borgia nullum damnandum qui in Societate moritur, & hoc ipsum confirmat quod Christus dixit S. Joannæ. *Mea est Societas ipse ego illam in corde meo gero, & nullum in ea patiar cum gravibus defectibus, sed subito eum ab illa dimitti faciam.* Sub pallio B. Virginis parvus JESUS sæpe fuit, sub pallio ejusdem Virginis vidit Societatem Henricus Garnettus. Sanctitas mi-ra in nomine JESU. S. Tereffiæ & Magdalenæ de Pazz. osten-dit sanctitatem Societatis magnam DEUS. JESU ministra-runt Angeli, vidit Monialis Cordubensis animam quandam ab Angelis deferri ad cœlum cum Christi occurfu, petit quale id festum ageretur in cœlo? responsum cujusdam e Societate Fratris animam deferri & honorem fieri similem omnibus qui in Societate moriuntur. Nomen JESU qui maledicit est male-dictus. P. Inghar M. Archiep. Polocen. Græci ritus, dicebat, esse

esse signum certum reprobationis aeternae hanc Societatem persequi, & in illam eos consurgere, qui vel sunt Hæretici saltem occulti, vel in carne merfi. Abrumpo & claudio verbis Leonis de Passione Dom. ferm. 10. *Non potest deficere quod dicam, quia non potest satis esse quod dicitur.*

De Eodem.

Quasi triumphum de toto orbe facturus Christus lumina per totum accendit, cum ait ad Apostolos, *vos estis lux mundi.* Agnovit Card. Paleottus S. Ignatium tale lumen, dum vocat *Lumen Ecclesie.* Quam tantopere illustravit, ut dixerit Laur. de Zamora S. Ord. Cisterc. esse illi plus obligatam, quam omnibus (saltem eo tempore) in toto mundo, & addit, meritò dixisse quendam in Hispania Præsidentem, debere cum simili vexillo statui hunc Sanctum, atque statuitur S. Dominicus & Franciscus. Contemplemur hoc aliud lumen post Sanctos Apostolos.

Lumen Ignatii diffusum est imprimis per totum orbem. Congreg. Cardin. in literis ejus beatificationis ita & de Religione S. Ignatii loquitur. *Quæ non sine maxima Reipub. Christianæ utilitate per universum orbem diffusa ac dilatata est.* Utilitatem videbimus, si audierimus rationem cur potius cum S. Dominico & S. Francisco ponam Ignatium, quam cum aliis SS. Patriarchis. Legitur in Chron. Francisc. quod DEUS tres lanceas paraverat in ruinam mundi, & quod per S. Dominicum & Franciscum sit placatus, & duas quasi lanceas quasi extorserunt, tertia supererat, hanc S. Ignatius sistit, ita dicitur Zamora Sanctuarii tom. 2. lib. 6. discurs. 51. Quare simile ac illis Sanctis dandum est vexillum Ignatio, & si illorum lux in totum se extendit orbem, etiam istius. Sed jam lumen ipsum vide-

videamus. Lumen est purissimum, quia est Divinum, DEUS nullam in se mixturam patitur, nihil habet caro in Ignatio, cuius stimulus omnis miraculose sublatus. *Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eam sicuti est.* Visio clara DEI, quâ nunc fruitur Ignatius facit DEO similem, sed ad visionem quæ dispositio? *Omnia qui habet hanc spem sanctificat se.* Aug. legit, *castificat se.* Castitati succedit similitudo cum DEO, DEUS altior est rebus temporalibus; omnia sprevit Ignatius, etiam vestes mendico tradidit, gladium templo. DEUS in sui contemplatione est totus; Ignatius in DEI. In ore eius semper major DEI gloria, optabat semper DEI gloriam crescere, suam semper decrescere, cognitionem Divinam sequitur amor, qui cognoscit Ignatium accenditur DEI amore. Anno 1553. Joannes III. Rex Portugalliae mittendo Aloysium Gonzalez inter cætera præcepit illi, ut omnes Ignatii actiones exactè observaret. Redux Aloysius dixit Regi, se id fecisse, & nullâ oratione, aut lectione spirituali se ita fuisse ad amorem DEI inflammatum, ut observatione Ignatii. *Sicut adamantem & silicem dedi faciem tuam.* Lucet adamas non percussus, silex non nisi percussus emittit scintillas. Aloysius vidit ut adamantem, sed alii ut silicem. Apud Hispanos Aliolæ projectus in compedes, Salmanticæ in compedes, ab Hispaniæ militibus pessimè habitus veluti explorator, Barcellonæ mille fustes sustinuit, sed omnes amore DEI incendit, secuta in omnibus morum emendatio apud eosdem ipse gloriosus factus. DEUS suam semper facit voluntatem, Ignatius DEI, paratus ad omnia quæ vult DEUS, sive in mortem sive in vitam, vult DEUS ut temperet poenitentiam, vestes assumat meliores, facit; vult ut contemnat dignitates, &c. Facit DEUS omnia ad suam gloriam, fecit Ignatius omnia ad DEI.

Jam videamus quantoperè Ignatius illuminaverit mundum.

dum. Aug. lib. de catech. rudium. *Opus est ut non solum sanctus personaliter existat, sed etiam alios illuminando, causa sanctitatis sit.* Et hæc præstatur magis operibus quàm verbis. *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Hoc fecisse Ignatium testatur bulla ejus beatificationis. *Ignatius multis & eximius virtutum & gratiarum, & miraculorum donis illustratus fuit.* Plenus Stephanus gratiâ, plenus Ignatius virtute. Et in omni eminens, in paupertate, obedientia, &c. Plenus gratiâ ut illi S. Franc. Xaverius non nisi flexis genibus scriberet. Miracula plurima. His illustravit inprimis suam Religionem, ad quam fundandam ut dicit Greg. XIII. fuit à Spiritu S. inspiratus: quare Surius illum vocat Sanctissimum. Genebrardus illum dicit à DEO missum contra Luciferum, Sanderus, *Virum DEI, & à DEO motum ad opus quod fecit.* Elias vocabatur vir DEI, Contra Luciferum missus Archangelus. A DEO motus ad opus, ut Moyses ad fabricationem tabernaculi. Bozius vocat, *Virum clarissimum sanctitatis vitæ.* Doctor Pavia Portugallus vocat *Illustre exemplar sanctitatis, virum admirabilem, particulari cæli beneficio datum mundo.* Ita lucebat operibus suis, &c.

In Festo Portiunculæ.

CHristus verus Pontifex noster, sæpe etiam post suam mortem circa nos munia sui Pontificatus exercuit, non semel de cælo descendit ad templorum consecrationem. Non semel Sacrum Pontificaliter celebravit, &c. Hodie distribuit indulgentias, in templo suæ Matris, quæ hic loca idè dicta Angelica, quod ibidem cantus Angelorum audirentur, dicta de Portiuncula quia ibi Dominum in portionem suam assumpsit S. Franciscus. Non dubium quin Christus in hoc loco dando

dando indulgentias convenientissimè in hoc egerit, has convenientias inspiciamus.

S. Franciscus ad reparandam missus Ecclesiam, reparabat prædicando poenitentiam. Sed licet poeniteat peccatorem & culpa illi dimittatur ob quam poenam meretur æternam, adhuc manent sustinendæ poenæ temporales. Dimissa est Moyse incredulitas, tamen in poenam non intravit terram promissionis, &c. Duo enim sunt in peccato, Aversio à summo bono, & hæc si non sit dimissa punitur in æternum: & ad conversio ad bonum creatum. De hac Aug. in epist. ad Rom. prop. 42. *Unusquisque peccando, animam suam diabolo vendit, acceptâ tanquam pretio dulcedine voluptatis temporalis.* Ita fit nobiscum ut si quis furetur magnam pecuniam Principi propter quod meretur mortem flet, orat veniam, dimittit illi Princeps mortem, sed minorem tamen statuit poenam. Franciscus in toto orbem voluit reparare, fuit verò mansuetissimus, ejus sunt verba in Manuali Francisc. *Postquam corrigere & emendare non possum prædicatione, admonitione, & exemplo: nolo carnis fieri ad puniendum & flagellandum sicut potestas hujus sæculi.* Voluit etiam hæc debita temporalia exolvi, favit illi in hoc Christus, & in domo illa instituit indulgentiam plenariam, quam Pontifices ad omnia templa sui Ordinis extenderunt. Factum id in templo B. Virginis, quia per illam nobis dona sua largitur Christus, &c.

In Festo S. Dominici.

DE hoc sancto dicit Reginaldus. *Hic est qui in Adam non peccavit.* Aug. serm. de quinque panibus. *Si quis habuerit charitatem tantam, ut paratus sit mori pro Fratribus, in eo charitas perfecta est.* S. Dominicus voluit vendi pro filio viduæ, libros Palentiæ vendidit ut fame laborantibus succurreret. Coram

L

Inno-

Innocentio Papa cum diceret in Concione admiranda, quaerit unde ea haberet? respondit, ex libello charitatis. Ad illius Religionem B. Virgo misit Reginaldum de statu vitæ deliberantem, & ipsa illi dedit vestes religiosas. Alex Papa IV. *Hi sunt viri probati in lege Domini, Fratres Ordinis Divi Dominici, efficaees quidem in opere, atque potentes in sermone, quia ubique ipsorum ora intonant per totum mundum velut tubæ, & in omnem terram exiit sonus prædicationis eorum, & usque in fines orbis terræ salustifera verba sonant.* Cùm S. Dominicus ascenderet in coelum, Christus & B. Virgo tenebant scalas, quod vidit Gualla Episc. Brixien. Abbas Joachim in templo S. Marci longè antea curavit depingi S. Dominicum. Constantinopoli in S. Sophiæ templo penes S. Paulum; multò etiam antè depictus in habitu hujus Ordinis vir cum inscriptione Græca, *vocor Dominicus.* Hæc ex Bareleta Ord. Prædic.

In Assumptione B. M. Virg.

Abscondebat totâ vitâ suâ B. Virgo dona DEI in se colata, & suas virtutes. Prima votum fecit Virginitatis. Aug. lib. de S. Virginit. c. 4. *Annuntianti Angelo Maria respondit, quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? quod profectò non diceret, nisi se prius virginem DEO novisset.* Abdias in vita S. Bartholomæi. *Hæc Virgo cùm execraretur omnem virum, servanda virginitatis votum cùm à nullo homine nec verbo didicisset, neque exemplo ad imitationem fuisset invitata, prima DEO obtulit, nulla enim hoc votum DEO obtulerat. Sed clariùs Beda hom. de Annunt. Virgini Divino munere collatum est, ut prima inter fæminas DEO virginitatis munus offerret.* Parentes habuit divites ut S. German. in encom. S. Virginis, qui, ut Hieron. de ortu Virginis, in tres partes sua bona diviserunt, templo, pauperibus, sibi ipsis

ipsis, hæc omnia B. Virgo distribuit. Apud S. Birgit. Revel. lib. 1. cap. 10. dicit ipsa. *Omnia quæ habere potui indigentibus distribui, & à principio vovi in corde meo, nihil unquam possidere in mundo.* Et lib. 7. cap. 52. *De divitiis ego & Joseph nihil reservavimus nobis, nisi necessaria vitæ ad honorem DEI, reliqua dimisimus ad honorem DEI.* Magi obrulerant pretiosa munera, quid de illis fecit S. Virgo? Bonav. de vita Christi cap. 9. *Zelans virgo pro paupertate, & intelligens Filii voluntatem, tam intus docentis quam foris ostendentis, totum intra paucos dies pauperibus erogavit.* Habuit tamen omnia quæ ad viam honestam necessariâ. In purificatione stetit inter conjugatas, & inde existimabatur non esse Virgo, obrulit par turturum tanquam egentissima. Rupert. in Cant. 2. *Cuncta virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ Virginem Mariam exornabant, humilitati ejus tributum pendebant.* Hoc ipsum fecit in Assumptione, cum est mortua, unde aliqui eam argumentantur in peccato conceptam, quia ex peccato originali mors profluxit, sed neque Christus originale habuit, tamen mortuus est. Duplex est causa mortis nostræ. 1. Natura nostra, quia constamus contrariis, calore & frigore, humiditate & siccitate, hæc continuò in se agunt, & tandem aliqua prævalent, & turbatur hominis temperamentum, & sic anima abit, contra hoc malum, ante originale peccatum, ut docet S. Th. 1. p. q. 97. a. 1. & 3. *Inerat animæ vis quadam supernaturaliter Divinitus data, per quam corpus ab omni qualitate poterat præservare, quamdiu ipsa DEO subiecta mansisset.* Altera causa mortis, peccatum, Mors per peccatum intravit. Peccante Adamo, & arbor vitæ ablata quæ valebat ad instauranda corpora, & vis illa animæ. B. Virgo hanc vim debuisset habere, sed noluit sicut & ejus Filius, cæteris tamen effectibus peccati originalis caruit, quales sunt, corpus reverti in terram, dolores in partu sentire, morbos pati, &c. Aug. serm. 4. de Assumpt. *Putredo & vermis*

humanae opprobrium est conditionis, à quo opprobrio cum JESUS sit alienus, natura Maria excipitur, quam JESUS de illa sumpsisse probatur, caro enim JESU caro est Matris. Petr. Blesen. serm. 2. de Assumpt. Maria à communi viri & mulieris maledictione facta est immunis, quâ dicitur, in cinerem ibis. Idem docet S. Cypr. serm. de Nativ. Christi. Non sustinebat justitia ut illud vas electionis communibus laesaretur injuriis, quod plurimum à ceteris non naturâ differens communicabat, sed culpâ. Sed & mors ipsa in B. Virgine multum differebat à nostra. Damasc. de dormit. B. V. c. 22. Postquam dolorem sensisset, peperit, absque dolore fuit ejus quoque ex hac vita excessus. Apud nos dolor est causa mortis apud illam amor Alb. in Mariali. B. Virgo sine dolore præ amore mortua est. Idem adstruit de laud. Virg. Dionys. Carhus. à. 3. idem S. Birgitta 6. Revel. 62. Vide plura in mea Prophetissa. Et quod mortua est factum est quasi per miraculum unde Richard. Victorin. lib. 2. de Emmanuele cap. 28. Quæ causa est quæve justitia, ut remaneret in Maria pœna, ubi nulla est culpa? Nam ut Damasc. l. c. orat. 2. Ex qua omnibus vera vita manavit, quomodo illa mortem gustaret? & rursus. Hanc, quæ sine dolore aliquo peperit, ac DEO se totum consecravit, quonam modo mors devoraret? His consideratis Salazar infert, mortem B. Virgini ad meritum datam, ut moriendo mereretur. Nam ut Aug. ex illo. Spectaculum facti sumus DEO & Angelis, deducit. Angeli invidens quòd pro Christo mori non possint uti Martyres. Mors enim est meritum ferax si illâ uti noverimus & dicere velimus. Accepto mortem, quia DEUS mori jubet, & est summæ obedientiæ actus ad imitationem Christi, Factus obediens usque ad mortem. Accepto mortem in pœnam peccatorum meorum, ut Reus, & est actus justitiæ. Accepto mortem ne peccem amplius, & est actus Contritionis. Accepto ut DEO meo fruam, & est actus Amoris. Accepto ut tunc articulum fidei esse verum, hanc virtutem DEO gratam, &

& est Martyrium, Hinc sancti appetebant mortem, Paulus, *Cupio dissolvi*. S. Soter quæ semper vultum habuit velatum, cum esset palinis cædenda, illum detexit, de quo S. Ambr. exhortat. ad Virgines. *Vultum aperuit soli invelata martyrio, & volens injurie occurrere, vultum offerens, ut ibi fuerat sacrificium martyris ubi esset testamentum pudoris*. Chrysof. hom. 67. ad pop. *Si Religionis tuba vocet, statim progredere, & animam parvipende, &c.* Tantâ ergo promptitudine proprium effundamus cruorem quantâ quis aquam effunderet, nam & aqua sanguis est corpus irrigans, & eandem facilitate carnem exuamus quantâ vestimentum. Cùm denuntiaretur mors Cardin. Bellarmino ter in hæc verba prorupit. *O lætum nuntium!* Cùm Joanni Fischero Episc. Rosen. qui jussu Henrici Regis Angliæ securi erat pro fide decollandus, solennes accepit vestes & dixit. *Nonne hæc est dies nuptiarum mearum, ut eam honorem majori cultu opus est?* Si tanti est mors quàm alias debet homo subire quanti B. Virginis quam subire non debuit? & quia plus meretur qui in Majore DEI est gratia, B. Virgo cùm fuerit in majore quàm ullus post Christum, quantum per illum meruit? Quid non DEUS Abrahamo dedit, quia suum obtulit Isaacum, quid non Virgini quia suam vitam?

NB. De Eadem assumptione reperitur, ubi erratum est, in Ascensione Domini. fol. 48.

In Festo S. Hyacinthi.

Quod S. Bern. serm. 1. dixit in die S. Andreæ optimè convenit S. Hyacintho. *Fluvius est Prædicatorum ordo, non in eodem permanens loco, sed extendens se & currens, ut diversas irriget terras.* In hoc brevi elogio comprehensa sunt omnia Sancti.

L 3

Fluvius

Fluvius non definit currere donec in mare influat, ita huius Sancti nota devotio in B. Virginem. Fluvius nulli terræ adhæret, ille omnia contempsit, S. Nilus in Ascet. *Si quid enim retinetur, id cogitationem ad se assidue trahit, & à præstantioribus studiis animum avertit, ad extremumque etiam penitus abruptis à fraternitate.* Fluvius semper à suo fonte abit, sumus ex muliere, ab hoc fonte qui vult caste vivere, debet se elongare, &c. Diversas terras irrigat, &c.

De Eodem.

QUOD S. Hiacynthus expectaverit juxta præscriptum huius Evangelii Dominum, nulli potest esse dubium, præcinxit lumbos quia virgo, Greg. hom. 13. in Evang. *Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Habuit lucernam ardentem in manu, ardebat versus DEUM amore, versus proximum exemplo. Erat expectans, continuo prospiciens per orationes, mortificationes, tandem illum Dominus super omnia bona sua constituit, pauca ex illis accipio ad considerandum.

Omnia quæ in mundo sunt, huius Domini bona sunt. *Domini est terra & plenitudo ejus.* Itaque Sancto dedit terram, hinc ab ea pellit pestes, morbos, dedit aquam, incessit pedibus per fluvium Vandalum prope Vissogradum, socios etiam in pallio vexit, &c. Sed non sola hæc visibilia habet hic Dominus, habet quasdam dignitates spirituales, & supra has sanctum etiam constituit. Prima dignitas est esse prophetam, Matth. ii. dicitur de S. Joanne Bapt. *Iner natos non surrexit major Joanne Baptista, & alibi. Hic est plusquam Propheta.* S. Th. quærit unde ista eminentia colligi possit, & respondet, ex specialibus favoribus quos DEUS S. Joanni præstitit. Quia fecit illum suum præ-

præcurforem, quia ab illo voluit monstrari digito quia à B. Virgine in utero visitatus, inde *plus quam Propheta*. Et S. Hiacynthus visitatus, quando illi dixit B. Virgo, *Exaudita est oratio tua*. Baptifavit Joannes Christum, & Sanctus nomen illius propalavit prædicando, juxta illud. *Narrabo nomen tuum Fratribus meis*. Et prædicationem suam adeò miraculis confirmavit, ut eum Bzovius vocaverit thaumaturgum, quomodo & Christus suas prædicationes confirmabat Isai 35. *DEUS noster veniet, tunc aperientur oculi cæcorum, aures surdis patebunt, tunc saliet sicut cervus claudus*. Quæ tam clarè probabant quòd verè se asseruerit DEUM, ut Nicodemus Joan. 3. dixerit. *Nemo potest hæc signa facere que tu facis*. Hoc ipsum considerando Richard. lib. 1. de Trinit. cap. 2. ita Christum alloquitur. *Domine, si error est, à te decipi sumus, quod est impossibile, nam tantis signis confirmata sunt*. Quod ipsum prævidens in spiritu David. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis quasi diceret, nimium ostensa clarè veritas nostræ fidei*. Pœnitentiam asperam egit S. Joannes, egit & Hiacynthus. S. Joannes ostendit Christum, & hic per fluvium in SS. Sacramento deportavit, magnus est Joannes & plusquam Propheta, sed etiam Hiacynthus inter Prophetas numerari potest. Quoad vitæ merita utor verbis S. Th. *Ego Prophetam Prophetæ non audeo comparare*. Sed etiam de hoc Sancto dici potest, *Ego vox clamantis in deserto*. Cùm fuerit ex sua vocatione Prædicator.

Aliud bonum Christi ex Apostolatus, Apostolorum fuit hoc singulare quia Spiritus S. descendit in illos die Pentecostes, specie ignis, & quia supra S. Martinum Episc. dum celebraret Missam visus est globus igneus, ideò illum Ecclesia appellat *Apostolis confertum* ut scribit Joan. Bethel. in Rationali, sed etiam lux supra Hiacynthum apparuit, ut in ejus vita, &c.

Alia bona sunt hujus Domini, quibus etiam corollas seu aureo-

aureo-

aureolas imponit, Martyrium, Virginitas, Doctoratus, & hæc dedit Hyacintho, &c. Omiffis aliis innumeris, ultimum bonum est Domini, quia ultimus noster finis, *gaudium Domini*, in hoc intravit iste Sanctus.

In Feflo S. Auguftini.

Quod Job. 28. dixit. *Profunda quoque fluviorum scrutata est, & abscondita in lucem produxit.* Hoc S. Th. S. Auguftino attribuit, & numerat quæ abscondita, *nimirum fcripturæ, creaturæ, culpæ & gratiæ.* Scripturam S. explicuit, naturam Angelorum & animæ, culpas fuas in libris confessionum, gratiam DEI, neque plura funt in hoc mundo, quare lux est totus mundi.

Lucem Auguftini ita describit Claudianus Mammertus lib. 5. de ftatu animæ cap. 5. *Aurelius Auguftinus & acuminis ingenii, rerum multitudine, & operis modo, velut quidam Chryfippus argumentandi virtute, aut Zenon fensus subtilitate, aut Varro nofter voluminum multitudine enituit.* Præfert illum fibi M. Greg. fcribendo ad quofdam amicos. *Si deliciofo cupieis pabulo faginari, patriæ veftri opuscula legite, & ad comparationem fliginis illius noftrum fuffurem non queratis.* De illo Hieron. *Quidquid dici potuit, & fublimi ingenio de fcripturarum SS. hauriri fontibus, à te pofticum atque difertum est.* De illo Sigisbert. ad ann. 406. *Librorum, tractatum, & epiftolarum, plusquam ad mille. trecentum extenditur, multis numero hoc non comprehenfis.* Vertit hoc fuum ingenium ad illuftrandum orbem, & ita illuftravit, ut dixerit Hieron. *Catholici te Conditorem antiquæ rurfus fidei venerantur atque fufcipiunt, & quod fignum majoris gloriæ est, Heretici deteftantur.* Ex quo ita diligebatur à S. Hieron, ut dixerit hic. *Ut Absque tui mentione neque unam quidem horam præterire patiamur, qui contra flantes*

ventos

venos in ardore fidei perstitisti. Perstitit contra Pelagium, Arianos, Manichæos, & illos confutavit.

Fuit & aliud lumen in Sancto non minus, quo etiam orbem irradiavit, scilicet Sanctitas, &c. Incipiamus ab humilitate. Per triennium latuit ne Sacerdos ordinaretur. Coram toto orbe sua peccata confessus, in libris suis confessus aliquos errores ita ut illos retractaverit, &c. Et quia ut ipse Aug. argumentatur, quò altius debet esse ædificium tantò profundius effoditur fundamentum, cum ita profundè effoderit, quantum assurrexit? Fuit in eo paupertas, nam statum Monasticum professus, propterea DEUS se illi in opes donavit. S. Prosper. lib. 2. de vita contempl. c. 10. *Quid potest eo esse felicius, cui efficitur sui conditor census, & hereditas ejus dignatur ipsa esse Divinitas.* Ecce impensæ hujus fabricæ Divinitas, quam celeriter verò assurrexit, patet ex hoc, quia in altum volavit Greg. hom. 18. in Ezech. *Volant qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nihil appetunt.*

In Nativitate B. M. Virg.

Nascitur S. Virgo velut piscina probatica ab Angelo movenda, ut omnes nostras sanet infirmitates, hæc piscina fuit vicina domui Joachim quam habebat Jerosolymis. Petr. Blesen. serm. 1. *Probatrica piscina S. Virginem significavit, descendit in eam magni consilii Angelus.* Adrichom in descript. Jerosol. n. 62. *Putarunt nonnulli in loco piscine fuisse ignem sacrum occultatum, quem cum requireret Nebemias, ejus loco reperit aquam crassam.* 2. Machab. 1. *Olim DEUS fuit ignis consumens, sed quando in S. Virgine absconditus, factus est aqua, Homo. Omnes sicut aqua dilabimur.* S. Th. 1. 2. q. 103. a. 3. docet festo Neomeniæ Judaicæ substitutum festum B. Virginis, de Neomenia Levit 13. *Mense septimo, primâ die mensis erit vobis Sabbatum memorabile clau-*

M

genicibus

gentibus tribis, & vocabitur sanctum. Mense septimo, id est, in Septembri nata est B. Virgo, Festum Neomeniæ fuit vel ob legem datam per Moysen, vel in memoriam Isaac immolandi, & per Arietem liberati utrumquæ B. Virgini convenit, in illa nascitur Legislator Christus, ille liberavit occidendum Isaac, genus humanum. Est piscina in qua ignis abscondus, postquam è Dalmatia translata S. Domus Lauretana in Italiam, ut scribit Turfellin. l. i. c. 7. Petrus à Sylva Eremita, per decem annos continuos sexto Idus sept. quartâ vigiliâ noctis semper videbat flammam in illa domo, quæ in cœlum postea abibat & petiit à DEO id sibi explicari, atque didicit hoc fieri in honorem festi hodierni; iidem ignes etiam ad nostra tempora quibusdam comparant, & in nostram devotionem descendunt.

De Sanctis Angelis.

Nullus ita salutem nostram desiderat ut Angeli, sicut nullus ita desiderat civitatem suam reparari ut cives illius, Bern. in vigilia Nativ. ferm. 2. *Puratis quantum desiderant cives cœli civitatis, suæ restaurari ruinas, quomodo solliciti sunt ut veniant lapides viri, ut coadificentur eis quomodo medii discurrant inter nos & DEUM?* Quia quod ex illis cum Lucifero decidit, per nos est complendum. Propterea Hebr. 1. *Omnes sunt administratorii spiritus, ut nobis serviant, & nos ad salutem deducant, nos ubique consequuntur.* Unde Bern. ferm. 12. in Pf. *Qui habitat, nos monet. In quovis diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe, tu ne audeas illo presente, quod me spectante non audeas.* Illi circa nos decreta DEI exequentur. Greg. hom. 38. *In hominibus omne iudicium per Angelos exercet.* Illi actus nostros inspicunt, & si non viderint inter nos concordiam, ut ait Bern. ferm. 1. pro S. Michaële. *Dicunt Sancti illi & beati spiritus, ubi scandala*

scandala invenerint & dissensiones, quid nobis & generationi huic spiritum non habenti? Hic jam ex eodem Bern. ibid. dicemus cur in festo SS. Angelorum legatur Evangelium de scandalo. *Videbis quam congruat huic solennitati Evangelica lectio, quæ sic deterret nos à scandalo parvulorum, quandoquidem tam vehementer displicent Angelis scandala.* Quia vero ex omni Angelorum choro corrui aliquis, & novem sunt chori juxta illud Greg. hom. 34. *Angelus non ad similitudinem DEI factus, sed signaculum similitudinis ejus dicitur Ezech. 38. ut quò in eo subtilior est natura eò in illo imago DEI similis insinuetur expressa, quo in loco mox subditur, omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, topazius & jaspis, &c. Ecce novem dixit nomina lapidum, quia profecto novem sunt ordines Angelorum.* Sic etiam singulæ suam civitatis partem restaurari quærunt, & restauramus illam pro diversitate nostrorum meritum dum alii capimus locum inter Angelos, alii inter Archangelos, &c. Hinc quia pœnitentes locum Angelorum occupant, *gaudium est Angelis in celo super uno pœnitente.* Sed omnibus quidem assistunt Angeli, ab aliquibus tamen absterrentur, Basil. in Pl. 33. *Omni in Christum credenti Angelus assistit, nisi nos illum ob nostra peccata absterreamus; velut enim fumus opes fugat, & fœtor columbas absterret: sic Angelum vitæ nostræ custodem, tenebrosum faculentumque peccatum.* Ambr. lib. de Virginibus, Cant. 7. *Mille Salomoni & ducenti, qui servant fructum ejus, &c. Sexaginta potentes. Crevit numerus ubi crevit fructus, quia quo sanctior quisque eo munitior, sic Eliseus propheta exercitus Angelorum sibi præsidio adesse monstravit, sic JESUS nãve Ducem militiæ cœlestis agnovit, &c. Ubi ostendit S. Doctõr quòd sanctioribus viri plures aut nobiliores Angeli assistant, & de Virginibus ait, *Vobis Virgines Sanctæ speciale præsidium est, quæ incemerato pudore sacrum Domini servatis cubile.* Alludit ad lectulum Salomonis, &c. Neque mirum si pro vobis Angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis.*

Sed id firmemus ampliùs, quòd bonis plures Angeli assistant. Jacob Patriarcha tot Angelos sibi obvios habuit, ut dixerit. *Castra DEI hæc sunt, quod ipsum est Pf. 33. Castra metabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Et de Angelis ferm. 29. in Cant. explicat Bern. castrorum Choros in Sunamitide. Cum Abbas Moyses graviter affligeretur tentationibus, ostendit illi ad solatium ex loco edito Abbas Isidorus exercitus Angelorum, suppetias ferentium servis DEI, quia per quos magis sperant civitatem restaurandam iis majorem curam impendunt & ad hoc Angeli superiores mittant inferiores, & ipsi orant pro nobis & preces nostras offerunt, S. Anton. Magni epist. 2. *Verè nati mei, hæc nostra humiliatio, in peccata dejectio, Angelis tristitia est, sicut iterum salus & gloriatio nostra latificationem eis ac requiem omnibus præbet, sed etiam pro quovis orant.* Origen. l. 8. contra Celsum. *Hominibus bonæ voluntatis precantibus ultro se adjungunt Angelorum exercitûs millia, & intercedunt pro mortali nostro genere.* Et hoc specialiter faciunt cum missæ interfumus, in qua apud Græcos mos erat ut totus populus laudes DEO acclamaret, ut patet ex Chrysof. hom. 3. de incomprehensibili DEI natura. *Tempore illo sacrificii non solum homines clamorem illum horribilem reddunt, sed etiam Angeli DEO genuflectunt, sic Angelitunc pro ramis oleagnis corpus Domini, prætendentes, rogant pro genere humano.*

Oremus omnes SS. Angelos ut docet Ambr. lib. de viduis. *Obsecrandi sunt Angeli qui nobis in præsidium dati sunt.* Sed specialiter S. Michaël quia ut Viegas in Apoc. 12. cuius etiam est sententiæ Serarius in Josue 5. q. 45. pag. 551. *Creditur Michaël animas corpore discedentes particulari judicio exercere, indeque est quòd cum statera & gladio depingitur, ut summa ejus potestas, justitiæque equalitas declaretur in nostris sive meritis sive demeritis expendendis, & hoc ipsum insinuare Ecclesia. Archangele Michael consti-*

tui te super omnes animas. S. Michael representet eas in lucem sanctam. Quare precemur cum S. Ildefonso, lib. de Virginit. B. M. c. 12. Oro te S. Angele per indissolubilem hereditatem fidei nostrae, per tuam hereditatis statum, per meam redemptionis mysterium, &c. Siquidem ut Bern. ferm. 1. de S. Michaelē. Nos, o B. Angeli, catelli sumus Domini illius quem tanto affectu diligitis, catelli inquam cupientes saturari de micis, quae cadunt de mensa Dominorum nostrorum, qui estis vos. Et haec dixerim Fratres, ut ampliore de cetero erga Beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia. Et ferm. 21. in Pf. qui habitat. Quoties ergo gravissima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehementer imminere, invoca custodem tuum, Doctorem tuum, adiutorem tuum, in opportunitatibus, in tribulatione, inclama eum & dic. Domine salva nos, perimus.

In Festo S. Angeli Custodis.

Quia dæmon ad infernum detrusus à DEO, odit DEUM, & quia illi nocere non potest, imaginem illius invadit, scilicet hominem, homo se non posset tueri, addit DEUS homini Angelum. Greg. *Bellum inter DEUM & dæmonem est, sed materia belli homo.* Arma quibus nos oppugnat, sunt membra nostra, ideo Rom. 6. *Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato,* & 1. Petr. 2. *Abstineatis à carnalibus desideriis quae militent adversus animam.* Angelus etiam nostris armis pugnat pro nobis, cui potius illa commodemus. Veniet profectò tempus quando Angeli canent tubis, & tum ad se eos colligent qui contra dæmonem militarunt.

In Festo S. Francisci Seraphici.

Et si in verbis simplex fuerit S. Franciscus dum concionaretur

M 3

retur

retur, mirabilis fuit efficaciam, quare ipsum audiamus, & inprimis dicat nobis unde accepit suam regulam. Sed DEUS pro ipso respondet cum illi dicit. *Francisce nihil est in tua regula de tuo, sed totum est meum quidquid est ibi. Et volo quod seruetur hec regula ad literam, ad literam, ad literam, sine glossa, sine glossa, sine glossa. Ego scio quantum potest humana fragilitas, & quantum volo eos iurare. Hoc DEUS, sed quid etiam ille ipse? Solebat dicere, professionem suorum esse librum vitæ, spem salutis, arrham gloriæ, medullam Evangelii, viam Crucis, statum perfectionis, clavem paradisi, & pactum æterni foederis. Revelavit illi Angelus quod Religio sua non sit defectura ad finem mundi, & quod nullus in ea volens male vivere, diu sit in illa mansurus. Quod quicumque ex corde dilexerit hunc Ordinem, quantumcunque sit peccator, tandem misericordiam consequetur: & quod nullus illum ex industria persequens diu sit victurus. Ipsemet Sanctus Gregorio Papæ asseruit. Quod quanto plures Fratres essent in Ordine suo, tanto illis DEUS abundantius sit provisorus, & quod nullus suum deferens habitum male esset moriturus, sed quid amplius ipse Christus dixit Sancto. *Quando mundus perdet fidem Ordinis tui, non remanebit ultra lux, quia posui eum in lucem mundi.**

Jam audiamus quid de humilitate? *Monéo & exhortor in D. JESU Christo ut caveant Fratres ab omni superbia, &c. Minores idè vocati sunt Fratres mei, ut majores fieri non præsumant, ex humilitate nascitur patientia, sic de illa sanctus. *Curent diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit Dominus, Diligite inimicos vestros, &c. Amici nostri sunt omnes illi, qui injuste inferunt nobis angustias, tribulationes, injurias, dolores, & tormenta, mareyrium & mortem: quos multum diligere debemus, quia ex hoc quod nobis inferunt, habebimus vitam æternam. In obedientia quantus ipse fuerat dixit ipse de se. Firmiter obedire volo**

Ministro

Ministro Generali Fraternitatis hujus, & illi Guardiano quem sibi placuerit mihi dare: & ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire vel facere ultra obedientiam, & voluntatem suam, quia Dominus meus est. De hac ipsa virtute ita concionatur. Fratres qui sunt subditi recordentur quod propter DEUM abnegaverint proprias voluntates, unde firmiter præcipio eis ut obediant in omnibus suis ministris. Sed quid esse verum obedientem? Tolle corpus exanime & ubi tibi placuerit, loca ipsum: videbis illud non repugnare motum, non murmurare sicut, non reclamare dimissum; quodsi in cathedra exaltetur, non alta sed ima respicit sic verus obediens, &c. Charissimi ad primum verbum, præceptum implete, nec expectetis iterari quod dicitur vobis, nihil etiam impossibilitatis causamini si iudicatis esse in præcepto, quia etiamsi supra vires ego vobis mandarem, obedientia viribus non careret, & scitote quod ille qui præcepto obedientia festinanter non obedit, nec DEUM timet, nec homines reveretur.

Paupertas fuit Sancto carissima hinc. Caveant Fratres & eorum Ministri ne solliciti sint de eorum rebus temporalibus, & rursus. Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini & advena in hoc sæculo in paupertate & humilitate Domino famulantes vadant pro elemosyna confidenter, nec oportet eos verecundare, quia Dominus pro nobis pauperem se fecit in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c. A Paupertate ad Castitatem transeamus. Omnes Fratres ubicunque sunt & vadunt, caveant se à malo visu & frequentia mulierum, &c. Adjunxit servandæ huic virtuti jejunium, hinc omne otium proscribebat. Cuidam Fratri otioso dixit, vade Frater juxta viam tuam, quoniam vis comedere laborem Fratrum tuorum, & esse otiosus in opere DEI, sicut apis otiosa & sterilis, qua non lucratur & non laborat, & comedit laborem & lucrum bonarum apum. Et seipsum in exemplum allegat. Ego manibus meis laboravi, & omnes Fratres mei volo ut laborent, &c. & qui nesciunt discant, &c. Vide in Manuali Franciscanorum.

In Fe-

In Festo SS. Omnium.

Quia in hoc mundo præmium cœleste cognoscere non possumus nisi per quosdam circuitus, & similitudines, cogitationes perfectionum demendo ab illis imperfectiones. Dyon. Arcop. *Impossibile est nobis aliter lucere Divinum lumen nisi velamine figurarum fuerit circumvelatum.* Creavit DEUS ad hoc creaturas, ut nos ex illis velut pueri literulas, id est perfectiones colligendo, verba aliqua formare possimus. S. Th. de Villan. conc. de S. Aug. *Mundus iste sensibilis non solum in ministerium, sed & in magisterium hominibus datus est, ut in visibilibus istis visibilia discant.* Hinc Aug. 10. confessio. Dum quærit quid sit DEUS, & singulos ad hoc sensus adhibet, & respondet, non esse DEUM coloratum, sonorum, &c. Et 10. Confess. 6. Interrogat singula elementa & respondent illi quod ipsa non sunt DEUS; tum ille. *Dixistis mihi de DEO meo quod vos non estis, dicite mihi de illo aliquid. Et exclamaverunt voce magnâ, ipse fecit nos, & pergit. Quid autem amo cum te DEUS amo? non speciem corporis, non decus temporis, &c. Non hæc amo, & tamen amo quandam lucem, quandam vocem, quandam odorem, &c. dum amo DEUM meum.* Et sic aliquam voculam de DEO componit. S. Th. villan. l. c. *O quam decora litera Sol! quam pulchræ literæ Luna, stella, orbes, mare, bestia, pisces, quas in hoc mundo ut in puerorum pagina, cœlestis ille scriba depinxit, nobisque proposuit legendas! &c. Quid nosster discursus est nisi laboriosa literarum compositio? Componam creaturarum perfectiones, ut aliquid dicam de Sanctorum illa felicitate.*

Beati mundo corde. S. Th. Villan. conc. de S. Ildefonso. *Effugie omnem iniquitatem Spiritus DEI, sed ab hoc fado turpique contagio luxuriæ, amplius elongatur, propterea quod præter ipsam*
crimini

crimini deformitatem annexam habeat turpitudinem quandam spiritus decori maxime contrariam. Itaque mundum cor magis accedit ad spiritum, &c. &c.

Pro Fidelibus Defunctis.

Tanta est poena purgatorii, ut S. Th. ut 4. dist. 21. a. 1. affirmet, minimam poenam purgatorii excedere maximam hujus vitae. Quia quod creatura est nobilioris naturae, tanto poena illi inflata est gravior, anima vero est nobilior omni corpore, in hac vita corpori non animae infertur sensus poena. Praeterea poena quanto universalior tanto major, at vero in anima nihil est quod in purgatorio non affligatur. Praeterea quae fiunt miraculose, fiunt meliora, potentiora, sic vinum in Cana Galilaeae fuit quovis alio vino melius, panis allatus Eliae per Angelum, ita confortavit ut illo semel comesto ambulaverit quadraginta diebus & totidem noctibus, ustio vero animae ab igne materiali est miraculosa, ignis ille ex se est vehementissimus, quia ut S. Th. l. c. est idem cum igne inferni, de illo Aug. lib. de vera & falsa poenit. *Excedit omnem poenam quam unquam aliquis passus in hac vita, etiam Martyrum tormenta* S. Th. l. c. *Duplex est locus purgatorii, unus secundum legem, alter juxta dispensationem Divinam.* Hinc aliqui in terra purgantur. Sciunt vero ibidem quis pro illis aliquid faciat boni. Aug. l. c. vel quia DEUS revelat hoc illis, vel quia nunciant Angeli, aut animae ex hac vita venientes.

Pro iisdem.

Venit ad nos mendicatum aeger, sed ita febris ardens ut manus instar ferri candentis ardeant, oculi instar carbonum,

N

num,

num, ex ore, auribus flamma ut è carbone prorumpat, caput veluti statuæ lignæ pice illitæ eructat flammam, &c. Vultisne illius misereri, & dare id illi quo dato nihil vobis decedet, imò accedet? Anima ex purgatorio ista est. Miserant olim animæ legatum ad Concionatorem ex Ord. Prædic. ut ardentem faceret concionem de juvandis animabus, quia DEUS constituerat quindecim millia ex purgatorio dimittere, si concione ejus homines moti deprecarentur. Mittunt & modo cum auditis repeti, *Miseremini mei*, &c. Cum pulsantur campanæ, &c. date illis saltem poculum aquæ frigidæ, quod si dederitis, non carebitis mercede, ut promissum. Matth. 10. Alphonsus Rex Castellæ morbum, quo mortuus, per dies traxit decem, tertia ex illis ante mortem erupit fons ex altari, ad quem venientes, duo Episcopi biberunt, & conjecerunt quòd post mortem Rex petiturus esset aquam frigidam, quæ scilicet effluxit ex latere mortui Christi, hanc in animas derivemus. Memineritis præceptis, si pauci fuerint in domo ad sumendum Agnum paschalem, *assumes vicinum*. Agnus immolatur in altari qui à toto mundo consumi non potest, assumite Vicinos, Parentes, Fratres, mortuos, sed dicetis. Eant ad ipsum fontem, qui dicit. *Qui sitit veniat ad me*. Respondebunt non ibimus, tempus apud nos patiendi, non merendi, non satisfaciendi, si ire possemus, à vobis non mendicemus. Bethardus Provincialis interrogatus à Benedicto, ambo erant. Ord. Prædic. cur sæpissime pro vivis oraret, non item pro defunctis? respondit, defuncti sunt in tuto, vivi in periculo. Ad hoc Benedictus, si tibi duo Pauperes occurrant, unus juvenis & laborare potens: alter senex mutilis manibus, cui potius elemosynam dares? certè posteriori, quia se juvare non potest, tales sunt defuncti, nihilominus Bethardus pro vivis orabat, licet ipsæ Ammæ aliquando preces ejus exposcerent, tandem semel animæ illum in

in lecto jacentem gravibus lignis obruunt à quibus se cum liberare non posset, conatus opem aliorum inelamare; ex quo didicit, illis qui se juvare non possunt, succurrendum esse. Torquentur illæ animæ gravissimè, S. Bern. de obitu Humberti, putat pœnas purgatorii graviores centuplò quàm sint ullæ in mundo, S. Greg. majores tormentis Martyrum. S. Th. Christi suppliciiis, S. Anselm. omnibus in hoc vita possibilibus, S. Cæsarius, omnibus cogitabilibus. Multi Theologi affirmant non differre illas pœnas à pœnis inferni, hoc de pœnis sensus, quid de pœna damni, quæ adhuc est gravior? Monet autem Jo. Euseb. Nieremberg. de gratia l. 3. c. 10. Satisfactionem non acceptari à DEO si quis illam faciat existens in peccato mortali, sed cum aliquis est in gratia, pondus ejus meritorum attollit, ut si obolus attolleretur ad valorem millium, & ita modico labore possumus exolvere illorum ingens debitum, quod animæ in purgatorio solvendum habent, si sumus in gratia.

In Festo S. Stanislai Kostka.

HIC Beatus videtur similis nubeculæ quæ instar vestigii hominis apparuit Elisæo, magnam tamen adduxit pluviam. Videtur similis lapillo Danielis de monte abscisso qui statuum contrivit, & ipse in montem excrevit. Similis puero illi quem Christus in medio discipulorum statuit Matth. 18. De hoc sui patriotæ possunt dicere quod Joseph de Benjamin.

De Eodem.

CONSTAT quòd Beatum Virgo jussit Societatem JE SU ingredi, in obediendo huic præcepto non minus fecit quam Abraham circa Isaacum, quia seipsuum immolavit, in
 N 2 præmi-

præmium dedit DEUS Abrahæ literam de suo nomine, ille qua S. Hieron. *Literam de suo nomine communicari voluit DEUS cum nomine Abraham, ut ostenderet se non solum bona sua impartiturum ei, sed etiam seipsum.* Beato totum nomen suum imposuit, & supra pectus Matris gravidæ illud depinxit, & in aëre supra infantem intra fascias jacentem exhibuit, & jam tunc dicere cum Paulo poterat. *Benedictus DEUS qui nos vocavit in Societatem Domini nostri JESU Christi.* Nomen JESU est tantum ut DEUS Pater illud in præmium laborum Christo dederit. *Humiliavit semetipsum, &c. Propter quod DEUS dedit illi nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine JESU omne genu flectatur.* Sine dubio & Beato cum hoc dedit hujus nominis esse socium, multa contulit. Pf. 22. *Deduxit me super semitas justicie propter nomen suum.* Euthymius & Nicephor. legunt. *Propter hoc quod nomine DEI vocor, tot videlicet in me DEUS beneficia concessit.* Certè in præmium dabitur in cælo nomen nostrum, quod illud? Hugo Cardin. in Apoc. 2. ex sententia Ludolphi Carthus. *In gloria cælesti ab ipso JESU dicemur Jesuita.* In hoc nomine etiam oportebit non unum flecti genu eo modo quem Dion. Areopag. de S. Hierorch. c. 7. explicat juxta translationem Ambrosii Camaldulen. *Eadem quoque ratione, JESU felicissimâ Societate dignatus, intelligendum non quod ex fidelis imaginibus aut formis, illa Deificam similitudinem nitantur exprimere, sed quod illis Divina imitatio excellentiarum modo donata sit, communicantque quantum par est Deificis ipsius, benignissimisque virtutibus.* In nomine JESU omne genu flectitur, ad similitudinem istius & Stanislae flectitur. Fugantur dæmones, terra mortuos reddit, &c. Christi imperium, unde oritur dicta adoratio. Describit Pf. *Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos.* Quod Arnobius ita explicat. *Reges Gentes in virga quasi ferrea, non enim cedet fortibus mundi, nec miserorum despiciet facies: iram venturam contemp-*

poribus

provis pollicetur, scilicet vasculis comminatur interitum. An non similia Beatus? Non cedit vivus furori Patris, mortuus exaudit, & in suos contempores est severus, fragiles ad poenitentiam conterit. Fratrem monita aspernantem in sua vita sustinet. S. Pacianus Parænesi ad Poenitentiam, de spernentibus monita, dicit. *Ulcæ enim maxime solet fatere si moveas, ita illi.* Quæ non passus à Fratre? sed ut Nazianz. orat. de moderat. in disput. dixit. *Tu qui spirituali illo unguento (nomine JESU) delibutus es, fraterni factoris nonnihil perfer, sive verus sit ille factor, sive ita tibi videatur, ut illi vecissim boni tui odoris aliquid impercias.* Impertit, in virum sanctum mutavit Fratrem. Ita feceret antea Christus quem timebat Martha invitare ad Lazarum, quia jam fætebat, sed Chrysol. serm. 65. *Quod proditori fætet, non fætet Creatori.* Habuit adversarios Christus, habet ejus Societas, habet Beatus qui illum jam mortuum ab ea extrahere volunt, sed illis dicere potest quod Optatus Milevitanus lib. 7. adit. Parmenianum. *Aliqui vestrum volentes nos populis suis contemnendos ostendere, illud miscent tractatibus suis, quod à Salomone dictum est Eccles. 10. Muscæ morituræ exterminant olei suavitatem, & quasi muscæ morituras nos appellant, sed dum vos invidiæ tempestatibus impulsæ in oleum caditis vos ipsos exterminatis, non suavitatem illius olei quod in nomine Christi confectum est, unde condirentur mores, unde incenderetur lumen mentis ad salutarem & veram intelligentiam, vos exterminatis rem ubi oleum fuit & suavitatis.* Orat Beatus in cælo pro Patria quæ sæpè vim precum ejus experta, orat etiam pro sua Societate, Isai. 64. juxta lectionem Procopii. *Nostri miserere quos nomen tuum exornat. Hereditas tua nuncupamur, id ergo nomine tuo largire* (orat pro toto Ecclesia) *ut apud Gentes non blasphemetur.* Ezech. 47. *Stabunt piscatores ab Engaddi usque ad Engallin.* Patria hic nostra descripta. Engaddi idem est, atque fons hædi, Engallin idem ac fons vitulorum. Alexander Magn. Græcos repræ-

sentat, & pro stemmate hædum habuit. Judæi ad vituli adorationem sæpè redibant, in has duas Gentes totum orbem distinxit Paulus Rom. 10 *Non est distinctio Græci & Judæi.* Inter nationes Barbaras & Christianas non Catholicas sita est Polonia. Ora Beate, ut ita vivat, ne nomen DE I occasio-
ne illius blasphemetur, ora ita bellet, ut agnoscant,
quia nomen DEI, Christi, sunt Catho-
lici, est in ea.

F I N I S.



IN.



INDEX

Fragmentorum de Sanctis Totius anni.

I n Conceptione B. M. V.	Fol. 1
<i>In Nativitate D. N. JESU Christi.</i>	3
<i>De Eadem Nativitate.</i>	4
<i>De Eadem Nativitate.</i>	5
<i>In Festo S. Thomae Apostoli.</i>	14
<i>In Festo SS. Innocentium.</i>	6
<i>In Circumcisione Domini.</i>	7
<i>In Eadem Circumcisione.</i>	10
<i>In Eadem Circumcisione.</i>	11
<i>In Epiphania Domini.</i>	17
<i>In Festo S. Dorotheae V. & Mart.</i>	18
<i>In Festo S. Josephi Sponsi B. M. V. Concio.</i>	21
<i>In Annunciatione B. M. V.</i>	27
<i>In Eadem Annunciatione.</i>	29
<i>In Eadem Annunciatione.</i>	32
<i>In Eadem Annunciatione.</i>	33
<i>In Cæna Domini.</i>	35
<i>In Festo S. Georgii Mart.</i>	37
<i>In Inventione S. Crucis.</i>	39
<i>In Eadem Inventione S. Crucis.</i>	40
<i>In Festo S. Stanislai Episc. & Mart.</i>	43
<i>In Eodem Festo.</i>	46
<i>In Ascensione Domini.</i>	57
NB. Loco In Ascensione Domini Erratum est. Debebat poni titulus, In Assumptione B. M. V.	
<i>In Festo SS. Corporis Christi.</i>	50
	In

INDEX

<i>In festo S. Basilii Magni.</i>	51
<i>In Nativitate S. Joannis Baptista.</i>	54
<i>In Eadem Nativitate S. Joannis Bapt.</i>	55
<i>In Eadem Nativitate S. Joannis Bapt.</i>	56
<i>In festo SS. Petri & Pauli.</i>	59
<i>In Eodem festo.</i>	66
<i>De S. Paulo.</i>	61
<i>In Visitatione B. M. V.</i>	62
<i>In festo S. Marie Magdalena.</i>	63
<i>In festo S. Jacobi Apostoli.</i>	69
<i>In festo S. Annae Matris B. M. V.</i>	70
<i>In festo S. Ignatii Societ. Jesu.</i>	70
<i>In Eodem festo Concio.</i>	73
<i>In Eodem festo fragm.</i>	73
<i>In festo Portiunculae.</i>	80
<i>In festo S. Dominici.</i>	81
<i>In Assumptione B. M. V.</i>	82
<i>In Eadem Assumptione B. M. V. Ubi erratum est.</i>	48
<i>In festo S. Hyacinthi.</i>	85
<i>In Eodem festo.</i>	86
<i>In festo S. Augustini.</i>	88
<i>In Nativitate B. M. V.</i>	89
<i>In festo S. Michaelis Archangeli.</i>	90
<i>De S. Angelis.</i>	93
<i>In festo S. Francisci Seraphici.</i>	93
<i>In festo SS. Omnium.</i>	96
<i>Pro Fidelibus Defunctis.</i>	97
<i>Pro iisdem.</i>	97
<i>In festo B. Stanislai Kostka.</i>	99
<i>In eodem festo.</i>	99

